Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0001-5

I,34a, 12°   I/174.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0004-2


Oderunt lucem
DANIELIS HARTNACCI P.P.
DEDUCTIO CONTRA
PERICULOSA MOLIMINA
JESUITARUM
noluntproduci in publicu
DOMINANTUR
UBIQUE.
Colores.
et imaginem
inſtruant
et terrent
in receſſu Veneni
x optimis peſſima
ſugunt
Perſtringunt mentes
in flammant
Continent et Urgent
Belli Pacisq; Magiſtri
LIPSIÆ
apud
AUTOREM.
1674
in minimis etiam curioſi.
ibantes non ſine lucro.
Inv. Autor
Haubelin del. et fecit

# DANIELIS HARTNACCI
P. P.
# DEDUCTIO
BREVIS & APERTA
# JESUITAS MOLIRI QVÆVIS PERICULOSISSIMA,
EX
AVITIS & DOMESTICIS IPSORUM SOCIORUM TESTIMONIIS.

SUMTIBUS AUTORIS.

impreſſa
LIPSIÆ
Typis JOHANNIS GEORGI.
ANNO CHRISTI
M DC LXXIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0008-5

FELICITER
ET
OMINE
LÆTO!

# SAXONIÆ

DIVO
NUMINI
ET
LUMINI
SERENISSIMO
CHARISSIMIS

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO DOMINO,

# DN. HEINRICO

LIBERO BARONI A FRIESEN, IN Schonfeld/ Jeſſen/ Kraupa ET Pretzſchwitz HÆREDITARIO DOMINO, CONSILII SECRETIORIS ELECTORALIS SAXONICI DIRECTORI EMINENTISSIMO ET CAMERARIO &c.,

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0010-5

*ILLUSTRISSIMO ET GENERO-SISSIMO DOMINO,*

DN. CAROLO LIBERO BARONI A FRIESEN, IN Rotha / Kotta &c. HÆREDITARIO DOMINO, SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI SECRETIORIS CONSILII ASSESSORI, SUPREMI CONSISTORII ECCLESIASTICI PRÆSIDI EMINENTISSIMO ET CAMERARIO &c.

*DOMINO SUO GRATIO-SISSIMO.*

*PER-ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO DOMINO,*

# DN. REINHARDO DIEDERICO,

S. ROM. IMPERII BANDERESIO ET LIBERO BARONI A TAUBE, IN Neukirchen/Höckericht/Rödern/Wilſchen/Leuben/Franckenthal/Thauſch ET Radeburg &c. HEREDITARIO DOMINO, CONSILII ELECTORALIS SAXONICI SECRETIORIS ASSESSORI, CANCELLARIO ET CAMERARIO &c.

*DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.*

*PER ILLUSTRI ET GENERO-*
*SISSIMO DOMINO,*

# DN. NICOLAO

S. ROM. IMP. BANDERESIO
ET LIBERO BARONI A GöRS-
DORF, IN Baruth/Breiting/Hauß-
walda &c. HÆREDITARIO DO-
MINO, SERENISSIMI AC PO-
TENTISSIMI ELECTORIS
SAXONICI SECRETIORIS
CONSILII ASSESSORI ET
CAMERARIO &c.

*DOMINO SUO GRATIO-*
*SISSIMO.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0013-2

*PER-ILLUSTRI ET GENEROSO DOMINO,*

**DN. HEINRICO HILDEBRANDO AB EINSIEDEL, IN Scharffenſtein/ Weißbach/ Lumbzig &c. HÆREDITARIO DOMINO, SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI CONSILIARIO INTIMO, SUPREMI APPELLATIONUM JUDICII PRÆSIDI &c.**

*DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0014-8

ILLUSTRI ET GENEROSO DOMINO,

DN. JOHANNI GEORGIO A DöLAU,

IN Rupperts-Grün / Libau / Grünewalde &c. HÆREDITARIO DOMINO, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI VICE-CANCELLARIO REDITUUM MISNIC. ET MONTAN. SUPREMO PRÆFECTO &c.

DOMINO SUO GRATIOSO.

ILLUSTRI ET GENEROSO
DOMINO,

DN. JOHANNI DAVID
AB OPPEL, IN Lampertswalde &c. HÆREDITARIO DOMINO.
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI
CONSILIARIO AULICO ET SUPREMI APPELLATIONUM
JUDICII &c.

DOMINO SUO GRATIOSO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0016-9

*ILLUSTRI ET GENEROSO DOMINO,*

DN. FRIDERICO A WERTHERN, IN COMITAT. ET DIT. Beichlingen / Frondorff ET Brücken / SACRI ROMANI IMPERII JANITORI HÆREDITARIO SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI APPELLATIONUM SUPREMI JUDICII ASSESSORI, ET SUPREMO THURINGIÆ PRÆFECTO &c.

*DOMINO SUO GRATIOSO.*

*MAGNIFICO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,*

DN. ISAACO LEIKARD, J.U. DOCTORI, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI CONSILIARIO AULICO &c.

*DOMINO SUO FAVENTISSIMO.*

*MAGNIFICO, EXCELLENTISSIMO ET NOBILISSIMO DOMINO,*

DN. MELCHIORI HEINRICO SCHEDIO, J. U. DOCTORI, IN Ammelgoßwitz / Liben ET Plotha HÆREDITARIO, SERENISSIMI ET POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI CONSILIARIO AULICO &c.

*DOMINO SUO FAVENTISSIMO.*

*MAGNIFICO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,*

DN. WOLF-CASPARO MARTINI, J.U. DOCTORI, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI CONSILIARIO AULICO &c.

*DOMINO SUO FAVENTISSIMO.*

*MAGNIFICO ET EXCELLENTISSIMO DOMINO,*

DN. ADAMO GHRISTOPHORO JACOBI, J. U. DOCTORI, SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONICI SUPREMORUM CUM APPELLATIONUM TUM ECCLESIASTICORUM JUDICIORUM CONSILIARIO &c.

*DOMINO SUO FAVENTISSIMO,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0021-7

DN. PATRONIS
ET
PROMOTORIBUS
SUIS
GRATIOSISSIMIS
FAVENTISSIMIS
DEVOTE
ET
HUMILI
MENTIS
OBSERVANTIA
UBIVIS
LOCORUM
ET
TEMPORUM
COLENDIS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0022-2

HANC
IN
JESUITAS
ACTIONEM
SUAM
DEVOTE
SACRAM ESSE
DICARE
INSCRIBERE
ET
OFFERRE
SECUM
CONSTITUIT
AUTOR
M. DAN. HARTN.
POM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0023-8

ASPICITE
MOECENATES
OPTIMI
SUMMI
MAXIMI
VULTU SERENO
SUSCIPITE
AFFECTU BENIGNO
PROTEGITE
MENTE BENEVOLA
ET
FAVETE
UBIQVE!
ANIMUM ÆSTIMATE
NON
ISTUD QVICQVID EST
OPELLÆ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0024-4

# LECTURIS
## Salutem!

Non tantum à Cardinalibus & univerſo Clero Papiſtico Jeſuitarum Societatem ægrè admiſſam: ſed acriter qvoqve poſtea ab ipſis Pontificiis reprehenſam & caſtigatam legimus. THEOPHILUS EUGENIUS ad Paulum V. Pontif. ad Imper. Auguſtum, Hiſpaniæ pariter ac Franciæ Reges &c. pro redintegratione & reſtauratione ordinis Jeſuitarum ſupplices, JULIUS PLACENTINUS ex Illuſt. Scotorum familia ad Innocent. X. de Poteſtate Pontif. in Societat. Jeſu Libros Opera Franciſci Solanguis Nobilis Cremonenſis editos Pariſiis 1646. & CASPARUS HAYVODUS ipſe Jeſuita Anglicus pro ejuſdem ordinis refor-

ma-

mationeliteras miſerunt. Extant præterea GRAVINÆ Ordinis. Prædicatorum Theologiæ Profeſſoris Neapolitani, itemq́; M. FRANCISCI ROALES Actiones Hæreſium in Societatem Jeſu Romæ ex Typogr. Cameræ Apoſtolicæ Anno 1632. & Mediolani ex Typogr. Collegii Ambroſiani 1633. editæ. Qvin & LUCII CORNELII Monarchiam Solipſorum ſive Sociorum Jeſu GASPERUS SCIOPPIUS Venetiis proditam, Leoni Allatio, Viro ſanè doctiſſimo, ſacravit. Hæc verò, & ejuſdem argumenti fortaſſis alia, riſerunt hactenus Jeſuitæ, & clariora rerum teſtimonia poſtularunt. Qvare ut à me potiùs, qvàm à nemine illis ſatisfieret, ſeqventia eorum ipſiſſima verba collegi, in hanc chartam

con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0026-5

conjeci, & ſi hoc teſtium non ſatis eſt, certè neſcio, qvid ſatis ſit. Tu Lector interea his utere, & ſi qvid oppoſitum iis fuerit, & plura hujus generis & uberiora à me expecta. Vale & mihi ac opellæ fave.

In nomine JESU!

# DANIELIS HARTNACCI, P. P.

ex Avitis & Domeſticis Teſtimoniis

*Deductio,*

## Jeſuitas qvævis periculoſiſſima moliri.

§. 1.

CIrca Annum Domini CIↄ Iↄ XL IGNATIUS LOJOLA Cantaber Societatis Jeſu fratribus initium dedit, homo vitæ peſſimæ maximè cum adhuc in caſtris vexilla ſeqveretur.

BOBADILLA *è Societ. Jeſu ingenuè fatetur*, eum fuiſſe hominem militiis caſtrisqve *aſſuetum.*

SALMANASSER *Jeſuita Neapolitanus teſtatur*, Lojolam natura fero-

cem fuiſſe, durum, ac truculentum.

RIBADENEIRA *in Vit. Ign.* In levibus erratis gravia interdum exempla eum ſtatuiſſe *dicit.*

*Eodem teſte, Ignatius hic ſub vitæ finem* ſeipſum deteſtabilem, & indignum, qvi honeſtè ſepeliretur, *confeſſus eſt.*

§. 2. Papa Societatem approbavit V. Nonas Octobr. Anno clɔ lɔ XL; Hac tamen conditione, ne in univerſum plures qvàm LX numerarentur ſocii. Triennio autem poſt PAULUS III. Pontifex liberum reliqvit Ignatio, qvotqvot vellet, adſciſcere in Societatem:

*Primus itaqve Ignatii* ſocius *fuit* PETRUS FABER, *Allobrox, in pago Villareto, Gebennenſis Diæceſis, humili loco natus.*

*Secundus* FRANCISCUS XAVERIUS

RIUS *Nobilis Cantaber, de qvo ſpeciatim capite ſeqventi.*

*Hos imitati* JACOBUS LAYNES *Seguntinus;* ALPHONSUS SALMERON *Toletanus;* NICOLAUS BOBADILLA *Placentinus;* SIMON RODERIGIUS *Luſitanus.*

*Et aliqvanto poſt* CLAUDIUS JAJUS *Gebennenſis;* JOHANNES CODURIUS *Ebredunenſis;* PASCHASIUS BROETIUS *Ambianenſis; à Petro Fabro potiſſimum alliciti &c.*

*Anno 1541. ſub initium Qvadrageſimæ* IGNATIUS LOYOLA *Societatis hujus* præpoſitus Generalis *declaratur, qvo munere usqve ad annum 1556. qvo obiit functus eſt, & teſte Maffæo in vita ejus* omnia Eraſmi opera legi vetuit. *Succeſſit illi* JACOBUS LAYNEZ, *natione Hiſpanus & moritur Anno 1565. d. 19. Januarii ætat. 53. In hujus locum eligitur* FRANCISCUS BORGIA *itidem Hiſpanus patria Valentinus, & moritur Anno 1572. ætat. 62. Prid. Calend. Octobr. illi ſufficitur* EVERHARDUS MERCURIANUS *patria Leodius; Et eidem viciſ-*

*ſim* Claudius Aqvaviva *natione I-*
*talus, patria Neapolitanus, Ducis Atri*
*filius & Pii V. Cubicularius Anno ſcil.*
*1581. d. 19. Febr. Moritur d. 31. ſ. ultimo*
*Jan. Styl. nov. Anno 1615. Huic ſucceſſit*
Marius *vel* Mutius Vitellesius,
*& à Cardinale Burgeſio, cui Pontifex id*
*negotii demandarat neglecto* Juſtiniano
*eligitur &c. Generalis conſtitutus Loyola*
*Provinciales qvoqve elegit. & Luſitaniæ*
*præpoſuit* Simonem Roderigium;
*Hiſpaniæ* Antonium Araozium
*Cantabrum; Italiæ* Jacobum Laynez;
*Indiæ* Franciscum Xaverium;
*Germaniæ* Petrum Canisium; *Gal-*
*liæ* Paschasium Broetium *aliisqve*
*deinde alios.*

§. 3. Nomen ſibi dederunt
*Fratrum Jeſu* aut *Societatis Jeſu* vel
deniqve *Jeſuitarum.*

Ludolphus Carthusianus *in*
*Lib. de Vita Chriſti Anno 1529. in ſecutu-*
*ram Gentem hanc admonere viſus eſt*
*part. 1. cap. 10.* Chriſtus eſt nomen
gratiæ, Jeſus eſt nomen gloriæ ho-

no

noris & Sanctitatis. Sicut enim in hac Vita per gratiam baptiſmi à Chriſto dicimur Chriſtiani: ſic in cœleſti gloria in Domino Jeſu dicemur Jeſuitæ i. e. à ſalvatore ſalvati, ſancti enim qvi in cœlis ſunt, & fruuntur æterna gloria, veri ſunt Triumphantes, & ſancti ſervi Dei. Qvi verò adhuc in terris degunt & militant pugnantq; in multis periculis, nomen ſuum retinere & gerere debent; qvod eſt verum Chriſtianorum nomen. Si verò ita ſe gerunt ut ſancti, qvi in æterna gloria ſedent ſuper Throno ſalutis; nomen Jeſuitarum tum obtinere poſſunt. Qvia verò haberi volunt in numero militantium & pugnantium ſub Chriſti vexillo. Chriſti qvoqve nomine contenti ſint. *Qvocirca & in magna illa* SYNODO GALLICANA *Poſſiaci Anno* clↄ Iↄ *LXI. habita, die xv. Decembis, totius Eccleſiæ Gallicæ authoritate* Jeſuitarum & ſocietatis Jeſu *nomine ipſis interdictum eſt.*

§. 4. Multis qvoq; Paulatim legibus & Privilegiis præ reliqvis clericorum ordinibus à Pontificibus Romanis hæc ſocietas munita & confirmata eſt.

Paulus III. *in* prima Bulla *Anno* *cIↄ Iↄ XL. 5. Non. Octob. poteſtatem iis conceſſit*, tot qvotqvot vellent Regulas ſibi & Conſtitutiones condere, & omnibus Anathemata minatur, qvi hanc ſocietatem juvare renuant, vel impedire conentur. *In* Secunda Bulla *Anno cIↄ Iↄ XLIII. officium illorum deſcribit* : qvod per eos religionis ſuccreſcat incrementum, & animarum zelomtes ſint. *In* Tertia Bulla *eodem Anno pridie Idus Martias data, conceſſit illis facultatem*, ubiq; locorum pro lubitu concionandi, qvorumcunqve utriusqve ſexus, ad eos undecunqve accedentium, confeſſiones audiendi; & confeſſionibus eorũ diligenter auditis, ipſos & eorum ſingulos, ab omnibus & ſingulis eorum peccatis, criminibus,

exceſſibus, delictis, qvantumcunq; gravibus & enormibus, etiã ſedi Apoſtolicæ reſervatis, & à qvibusvis ex iis caſibus reſultantib. ſententiis, cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis (exceptis in Bulla contentis, qvæ in Die cœnæ Dominicæ ſolita eſt legi) abſolvendi, ac eis pro commiſſis pœnitentiam injungendi. *Conceſſit etiam poteſtatem*, Vota, peregrinationes &c. pro tempore commutandi: Miſſam ante diei exortum & poſt meridiem celebrandi: Euchariſtica Sacramenta adminiſtrandi: Officium Romanum novum, non ex præcepto ſed ex libertate dicendi: *item*, ut Aſſiſtentes ſint & Cardinales, qvi reſiſtentes Jeſuitis compeſcant, & rebelles in eos tollant. *In* Qvarta Bulla *Anno cIↄ Iↄ XLVI. ad inſtantiam Fratrũ Jeſu poteſtatem illis dedit*, ut Socios ſuos in certas diſtingvant ſpecies: admittant ſc. & ſuſcipiant Coadjutores, ſpirituales & temporales, Sacerdotes & ſeculares. *In* Qvinta Bulla *Anno cIↄ Iↄ XLIX. Calend. Novembr. mirificè commendantur*: qvod ſint

ager fertilis in Domino, qvod ubeːres animarum fructus pariant, qvod verbo & exemplis proſint, qvod ſint pii Patres, (*qvod unicè erat veriſſimum*) oculi mentis Papæ & *imprimis ejus beneficio* GENERALIS *Jeſuitarum* plenariam & omnimodam eamqve liberam poteſtatem habet, omnes Jeſuitas ſecundum ſuas inſtitutiones gubernandi: nec ſit ille ulli Cardinalium vel Epiſcoporum; verùm ſoli & uni Pontifici ſubjectus, cum qvo etiam ſolo, res ſocietatis & ſedis Apoſtolicæ conſervandæ conſilia, & rationes tractet. *Additur qvoqve:* Nulli prælatorum excepto Papa licere, vel conceſſum eſſe, Conſtitutiones Jeſuitarum ſub cenſuram ſumere: aut ſumentem nihil efficere, illumqve Conatum nullius eſſe roboris. *Conceditur porro:* ut qvicunqve velint, neglecto ſuo Parocho, Jeſuitarum Miſſas audire, & ab ipſis Sacramentum percipere; id impuneè facere poſſint. *Item:* ut de licentia Generalis vel Præpoſiti, ad

Hæreticos ire, in illorũ regionibus libere commorari, cumqve iisdem verſari poſſint. *Inde habitu modò nobilium, modò mercatorum, modò ſtudioſorum nullibi ferè locorum non adſunt Noſtrarum Rerum publicarum & Eccleſiarum ſtatum melius, qvàm ipſi nos, exploratum habent, & Pontifici ſtatutis temporibus denunciant.* Non tenentur *etiam* Jeſuitæ, *ut Bulla habet*, ſolvere decimam bonorum, vel aliam dare contributionem ſeu procurationem nec Papalem, nec canonicalem portionem. *Tandem in hac Bulla datur illis* poteſtas abſolvendi etiam ab iis qvæ Papa ſibi in Bulla Cæna reſervavit, & omnia, qvæ ſunt Epiſcoporum, peragere. *Vult etiam:* Ne quis his Jeſuitarũ auſis ſe opponat, aut ſuper ea appellet *Et Præcipit:* Principes, Prælatos & alios in regno ſuo Potentes jurare, neqvis Jeſuiticam ſocietatem inqvietet vel Privilegiis ſpoliet, vel impediat: inobedientes anathemate ferit, & ſecularis brachii gladio puniri jubet. *Atqve non*

*immerito Jeſuitæ hanc Bullam* Mare magnum *vocant.*

JULIUS III. *Superioris Bullæ privilegia omnia confirmavit, & addidit, ut:* Omnes Epiſcopi curent, ut priora perpetuæ ſint facultatis, eaq; inviolabiliter obſervent; niſi in omnipotentis Dei irã incurrere velint. *Actũ 12. Cal. Aug. Anno clↄ lↄ L. Conceſſit quoq; in hac eadem Bulla,* ut ubicunqve vellent, Collegia ædificarent, & inſtituerent. *Idem etiam die 22. Octobr. Anno clↄ lↄ LII. nova illis tribuit privilegia ſc.* licere Profeſſis circa jejunia & cibos prohibitos diſpenſare; Horas vel officium Miſſæ poſtponere; intra domorum & collegiorum ſuorũ privatos parietes, ſuos, ad qvoscunqve volunt gradus, promovere. *Præcipitqve,* ut tales graduati qvalificati & formati, qvaſi in publico id factum eſſet, in honore habeantur, omnibusqve illis privilegiis fruantur, qvæ habent ii, qvi legitimè promoti ſunt.

PIUS IV. *Anno clↄ lↄ LXI. die 13. A-*

*Aprilis Concedit Jeſuitis* Poteſtatem ædificandi Collegia ubicunqve velint & *d. 19. Auguſti.* Non vult ut Jeſuitæ, ſicut reliqvi Monachi, intra latibula ſua ſe contineant; ſed liberè ad omnes exeant: Præceptores & Profeſſores agant: & ubiqve etiam, ubicunqve ſperant ſe commoditatem habituros, homines ad Eccleſiam Romanam adducendi, Collegia & Scholas erigant.

Pius V. *Decrevit Anno* cIↃ IↃLXV *6. Cal. Febr.* ut egredientes ex Societate, Licentia Generalis vel Papæ, ſi alium ordinem ingredi velint, in nullum alium, qvàm in Carthuſianorum recipiantur. Egredientes verò ſine permiſſu Papæ vel Generalis, ſi in Romana Eccleſia permaneant, excommunicentur: ſi tranſeant ad Eccleſiæ Romanæ hoſtes, qvibuscunq; poſſunt artibus & inſidiis capiantur, incarcerentur, & ſecundum jus Pontificium cum ipſis procedatur. *Anno* cIↃIↃ *LXIIX. 3. Calend. Sept. omnia ſuperiora Privilegia*

*Jeſuitarum, repetit, confirmat, omnes eorum Conſtitutiones probat & ab aliorum capitulis, pœna & cenſura immunes reddit. Anno Domini cIↄ Iↄ LXXI. dat iisdem* facultatem liberê & publicè legendi docendique Lingvas, artes liberales, Philoſophiam ac Theologiam; etiam ubi univerſitates ſunt. *Et qvod ſub pœna Excommunicationis* Profeſſores ordinarii Diſcipulos Jeſuitarum non minus, qvàm ſi in univerſitatibus ſtuduiſſent, ad gradus Baccalaureatus & Doctoratus admittere cogantur. *Et paulò poſt nempe d. 7. Julii concedit illis* omnia privilegia Ordinibus Mendicantibus conceſſa; *hinc Monachi ipſos* diverſari in ſuis cænobiis *coguntur.*

Gregorius XIII. *An. cIↄ IↄLXXIII. Prid. Calend. Martii, concedit Jeſuitis præ Clericis reliqvis*, ut horas ſuas Canonicas, extra chorum, & ubi voluerint, recitare poſſint. *Permittit etiam, ut,* qvandocunqve voluerint, vel ante, vel poſt vota ſuſcepta, Sacerdotales ordines ſuſcipiant, modò

ſint

ſint idonei. *Anno cIↃ IↃ LXXV. d. 8. Januarii eos* Bibliothecarios Pontificios creat; varias facultates *ipſis tribuens*, circa librorum prohibitorum lectionem, emendationem, mutationem, interpretationem, abolitionem expunctionem, & concremationem, *hoc eſt ex Profeſſo falſarios conſtituit. Anno cIↃ IↃ LXXVI. d. 16. Februarii concedit iisdem* Medendi facultatem: quâ liceat ipſis inter ſe Apothecarios, Medicos, & (uſtione excepta) chirurgos agere. *Et d. 16. Julii eximit illos* neceſſitate, intereſſendi publicis precibus, Proceſſionibus, & funeratis aſſociationibus:

*Verum enim verò jam pridem in* Lateranenſi *Concilio Anno* 1215. *ſub Innocentio III. & in* Lugdunenſi *Anno* 1273 *ſub Gregorio X. decretum erat:* Neqvis de cætero novam religionem inſtituat, ne nimia religioſorum diverſitas, gravem in EccleſiaDei offenſionem inducat. *Conf.* PETR. de ALLIACO *Card. Cameracenſ. lib. de Reform. Eccl.ſ. qvi Conſtantienſi Concilio oblatus*

*eſt*.

*eſt, cui conſenſum adhibuerunt* ARMACANUS & GVILIELMUS de Sancto amore *Theol. Doct. in Sorb. Pariſ. Johanni Gerſoni adm. laudatus. Qvin adhuc ſuperioris ſeculi Anno 23. à Paulo III. convocati & adjurati IV. Cardinales, iis denique juncti Archi-Epiſcopi, Epiſcopi & Abbates ut de tollendis Eccleſiæ ſcandalis conſilium ſuum exponerent, profeſſi ſunt & cenſuerunt:* Prohibendam eſſe admiſſionem novorum religioſorum etiam in conventualibus jam receptis ordinibus: ſed omnes qui tum erant nondum profeſſi abigendos & expellendos: & multò minus novos conventus erigendos, etiam ordinum vel religionum approbatarum: & multo minùs novas factitias religiones admittendas. *Ipſe* RIBADENEIRA *in vita Ignatii p. 144. hanc rem non diſſimulat*: Poſtea verò Ignatio ejusmodi inſtituti confirmationem ſcriptam poſtulante, negotium à Pontifice maximo tribus Cardinalibus datum eſt, qvi ne res perficeretur magnoperè pugnabant.

bant, præcipuè verò Bartholomæus Gvidiccionus Cardinalis, vir pius qvidem & eruditus; Sed qvi tantam religionum multitudinem qvanta nunc qvidem in Eccleſia Dei cernitur minime probaret: Conciliorum Lateranenſis & Lugdunenſis decretis fortaſſe permotus, qvibus nimirum novarum religionum multiplicatio prohibetur; aut certê propter qvarundam laxam fluxamqve diſciplinam, qvam in priſtinum ſtatum revocandam cenſebat potius, qvàm novas religiones inſtituendas: atq; de ea re dicitur librum ſcripſiſſe. Qvapropter cum id ſentiret, acriter noſtris reſtitit, & Societatis confirmationi unus omnium acerrimê repugnavit. Aliqvi nonnulli conatus cum illo ſuos conjunxerunt, &c.

§. 5. Papa Paulus III. in Bulla Anno cIↄ Iↄ XLIX. conceſſit Generali Patrum Societ. Jeſu: *Ut eas regulas evulgantes ſeu in apertum producentes, vel illorum*

*vo-*

*vota revelantes, in qvocunqve habitu contigerit inveniri, poſſit ac debeat excommunicare, capere, incarcerare, & ſi opus ſit, brachii ſecularis auxilio invocato, liberè & licitò invaderè, captivos ducere, & pro arbitrio tractare.* Clam & ipſi longo tempore easdem habuerunt. Tandem verò Añο CIↃ IↃCVII. ſuperiorum permiſſu *Lugduni* in Gallia typis *Jacobi Rouſſin* exſcribi curarunt; ſed ut ſemper in Typographia adeſſent Socii, qvi excuſa ad ſe reciperent. Factum eſt tamen divina providentia ut editionis hujus exemplum qvoddam ad nos perveniret, unde notabiliora ſaltem depromemus, ipſum enim Opuſculum Alphabeti ferè dimidium excedit.

# E Regulis Communibus

XI. Nullus ita cubiculum ſuum claudat, qvin aperiri extrinſecus poſſit: aut arcam, aut qvicqvam aliud habeat obſeratum absqve ſuperioris facultate.

XII. Apertâ feneſtrâ nemo noctu dormiat: nec ſine induſio aut non coopertus.

XIII. Nemo cubiculo egrediatur, niſi decenter veſtitus.

XIV. Nemo eorum, qvi ad Domeſtica miniſteria admittuntur, aut legere diſcat, aut ſcribere; aut ſi aliqvid ſcit, plus literarum non addiſcat, &c.

XIIX. Singuli, etiamſi Sacerdodes ſint, cum primum ſurgunt, lectum operiant, eumqve & reliqva componant hora conſveta, & ſcopis cubiculum verrant, tertio ſaltem qvoqve die &c.

XLV. Ingreſſuri Egreſſurive domo, tintinnabulum nec vehementius nec crebrius pulſent, qvàm

par

par eſt; Nemo autem niſi conſveta domus Janua vel egrediatur vel ingrediatur.

## E Regulis Provincialis

### Cap. X.

LXXXIX. Si aliqva bona applicabuntur Societati, magnopere curet Provincialis ut cum ædificatione & charitate & non cum rigore exigantur, potiusque per Procuratores externos, qvàm per noſtros.

### Cap. XII.

CII. Efficiet, ut in feſtis, qvæ à noſtris præcipuè celebrari ſolent, ornatus noſtrarum Eccleſiarum ſit moderatus ac religioſus, & qvoad fieri poteſt, ſine nimia diſtractione noſtrorum & moleſtia externorum.

## E Regulis Præpoſiti domus Profeſſæ

### Cap. I.

X. Ordinarias tantùm pœnitentias imponat, quales ſunt, parva menſa, publica reprehenſio, concluſio in circulo, edere ſub Menſa, oſcu-

la-

lari aliorum pedes, orare in refectorio, dicere culpam ſuam, ſubtractio cibi usque ad panem & aquam, diſciplina publica in refectorio, & alia exercitia humilia ac domeſtica.

Cap. IV.

XLVII. Non permittat, ut noſtri curam mulierum religioſarum & aliarum qvarumcunqve ſuſcipiant; ut ordinariê illarum confeſſiones audiant vel ipſas regant; Qvamvis nihil repugnet, aliqvando apud eas concionari, aut ſemel unius monaſterii confeſſiones ſpeciales ob cauſas audire: qvod tamen non fiet, niſi poſtulent ii, qui eis præſunt.

Cap. VII.

LXXII. Mulieres inviſere aut ad eas ſcribere, niſi in neceſſitate aut cum ſpe magni fructûs noſtros non ſinat: nec hoc qvidem permittat, niſi Viris valdè probatis & prudentibus.

LXXIII. Non permittat fœminas domum noſtram ingredi. Jubentur enim conſiſtere in veſtibulo.

# E Regulis Rectoris.

## Cap. III.

XXXV. Videat ſcripta & literas omnes qvæ ſcribuntur ad Domeſticos, & qvas ipſi aliis ſcribunt, &c.

## E Formulis Scribendi

II. Superiores Domorum & Rectores ſcribant ſingulis hebdomadis ad ſuum Provincialem in Europa: In Indiis verò, ut ſuis Provincialibus viſum fuerit commodum & opportunum.

III. Scribant autem ad ſuum Provincialem de ſtatu perſonarum & rerum omnium: non ſolùm qvæ inter noſtros, ſed etiã qvæ per miniſteria ſocietatis erga externos, in domibus ſuis vel Collegiis fiunt: Et non tam de his qvæ rectê ſe habent, ſed etiam de his qvæ ſecus. Et qvoad fieri poterit, curent, ut omnia tanqvam præſentia Provincialis cernat. *Si qvæ velut in P. S. de Proteſtantibus addiderit, non impediet. Inde enim eſt qvod dicantur* oculi mentis Papæ.

VII. Provinciales omnium Eu-

ropæ, ſcribant ad Generalem ſemel quolibet menſe &c. *Atque ille Part. 5. Conſtit. cap. 3. & part. 6. cap. 1. vocatur* Dei legatus. *Et Gloſſa part. 4. Conſt. cap. 3. eum appellat* vicarium Chriſti. MONTAIGNES *cap. 27. ſcribit:* Cùm vovent ei obedientiam, id ea de cauſa fit, qvod in hujus ſocietatis Republica Deì vicarius eſt. *Bullæ inſuper Pauli III. anno 1540. & Julii III. anno 1550. impertitæ hortantur eos:* ut in Generali Chriſtum velut præſentem agnoſcant. *Unde &* MAFFÆUS *in vita Ignatii:* Sine Controverſia diligendus eſt (*ſc. Generalis*) cui omnes in terris tanqvam Chriſto parerent, cujus in verba jurarent, denique cujus ſibi nutum ac voluntatem inſtar cujusdam divini oraculi facerent, &c.

§. 6. Utut verò EUSTOCHIUS BELLAJUS Epiſcopus Pariſienſis ap. Thuanum l. 35. hiſtor. pag. 735. ſententiam rogatus ſatis verè dixerit: *Multa in pri-*

*vilegiis his ſodalibus à Paulo III. Papa conceſſis, ineſſe, qvæ cum jure communi pugnent, ac Epiſcopum Curionum, & Univerſitatum autoritati & poteſtati præjudicent;* Sunt tamen ex ipſorum Conſtitutionibus qvædam, qvæ imprimis obſervationem merentur.

*Etenim in Summario Conſtitutionum Regula octava ſic habet: Unusqvisqve eorum, qvi Societatem ingrediuntur, conſilium illud Chriſti ſeqvendo* Qui dimiſerit patrem & matrem, fratres & ſorores, & qvicqvid in mundo habeat, relinqvendum: imo ſibi dictum exiſtimet verbum illud: Qui non odit Patrem & matrem, inſuper & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus: Et ita curandum ei eſt, ut omnem carnis affectum erga ſangvine junctos exuat. *Sed Canone 16 Synodi* Gangrenſis *decernitur:* Quicunqve filii à parentibus, prætextu divini cultus abſcedunt, nec debitã

reve-

reverentiam & honorem illis dependunt, anathema ſint. *Porro Conſtitutio 27. Jeſuitarum præcipit:* ut omnes, qvi ſub obedientia ſint ſocietatis, meminerint, ſe gratis dare debere, qvæ gratis acceperunt, nec poſtulando, nec admittendo ſtipendium, vel eleemoſynas ullas, quibus Miſſæ, Confeſſiones vel prædicationes, vel qvodvis aliud officium ex iis, qvæ Societas juxta ſuum inſtitutum exercere poteſt, compenſari videatur. *Et Conſtit. 43.* ut in ſocietate hac nec ſit nec ſentiatur animorum propenſio ad partem alterutram factionis, qvæ eſt inter Principes & Dominos Chriſtianos: Sed ſit potius quidam univerſalis amor, qvi partes omnes, licet ſibi ipſi contrariæ ſint in Domino amplectatur. *Item Conſt. 45.* Qvò plenius poſſit Societas rebus ſpiritualibus juxta ſuum inſtitutum vacare, ut à negotiis ſecularibus abſtineant, nec ea ullis precibus adducti obeunda ſuſcipiant, vel in illis ſe occupari ſinant.

*Non obliviſcar ejus, qvod ex inſtituto etiam juramento ſuo ſanctè profitentur:* Se dignitates Eccleſiaſticas non acceptaturos, aut procuraturos, qvod non conveniant religioſæ humilitati. *Sed* Franciſcus Toletus *à Clemente VIII. cui à concionibus aulicis erat Anno 1593. 17. Sept. in numerum Cardinalium cooptatus eſt triennio poſt mortuus eſt. Idem contigit* Roberto Bellarmino *Anno 1598. qvi Anno 1621. mortuus eſt. Et poſtea pluribus ſc.* Johanni de Lugo *1643. 18. Aug. qvi mortuus eſt Anno 1659.* Johanni Caſimiro *Sigm. III. Polon. Regis filio qvi Anno 1643. his ſociis, tùm Anno 1646. Cardinalibus annumeratus, & Anno 1648. 22. Maij Rex Poloniæ electus eſt. Tum qvoqve* Sforzæ Palavicino *Anno 1659. 10. Novemb.* Gretſerus *excuſat qvidem ſocios ſuos,* qvod Pontifex eos cogere, iisqve imperare poſſit, ſub peccati mortalis periculo. *Verùm exigit hoc qvoqve ipſorum juramenti formula:* Mandata Apoſtolica totis viribus obſervabo, *ſcilicet!*

§. 7.

§. 7. Qvò & illa referre licet, qvæ conſvetudine hactenus ſive tacita lege Conſtitutionibus ſuis derogarunt.

*Siqvidem Commiſſariorum officium, cujus mentio fit p. 9. c. 3. §. 7. & 20. hodie nemo obit, licet Ignatius & P. Laynez ejus in Generalatu ſucceſſor, pluribus iſtud muneris qvod maximæ authoritatis erat, & diſtinctum ab officio viſitatoris §. 20. & dec. 11. Congr. 2. & Dec. 3. Cong. 4. commendaverint. Sociorum Veſtitus debebat eſſe accommodatus ad uſum loci, in quo vivitur p. 6. c. 2. §. 15. Sed hoc non videtur amplius uſu conſvetum. Pariter collateralem ſociũ ſuperiori adjungendũ p. 8. c. 1. L. D. jam penitus uſus defecit; Congregatio qvidem 2. dec. 86. ſuſtulit à ſocietate nomen officiumqve ſuperintendentis. Correctio externorum Scholaſticorum non eſt exercenda per aliqvem de ipſa Societate p. 4. c. 7. §. 2. & c. 17. §. 5. qvod tamen paſſim non obſervatur. Prælegi debet unà cum S. Thoma Magiſter Sententiarum p. 4. c. 14. L. B. ubinam verò id*

ſervatur? Coadjutores Spirituales p. 4. c. 10. §. 3. & p. 6. c. 2. §. 3. ordinariè debent eſſe Rectores collegiorum: & tamen profeſſi non ſolùm collegiis, in quibus Scholaſtici ſocii literas diſcunt, verùm etiam aliis fermè omnibus præſunt. Quòd Scholaſtici alantur in quibuslibet Collegiis vel eorum juſto deficiente numero alii Scholaſtici externi pauperes ibi alantur, traditur p. 4. c. 3. §. 1. & 2. & L. B. & c. 9. §. 1. L. A. Sed hodie Scholaſticorum educatio fit in certo ſeminario ſeu ſeminariis quæ inſtituta ſunt à tempore Cong. 2. in qualibet Provincia; ſtatuit enim ut in qualibet provincia ſaltem unum ſeminarium Societatis perfectum inſtitueretur dec. 9. Inſtrumenta ad rem Muſicam domi haberi non poſſunt ex p. 3. c. 1. L. M. & praxis Societatis ſaltem per ſexaginta annos interpretata eſt: Organa non poſſe haberi ſaltem ordinarie vel certo affixa loco in ipſiſmet Societatis Eccleſiis: Id quod tamen paſſim minimè omnium ſervatur. In ceremoniis Miſſæ ſequi debet Societas Romanum ritum, p. 4. c. 8. §. 2. Id nec in ipſamet urbe Roma ſervatur in ſolemnio-

*ribus Miſſis quæ canuntur. In Opinionibus, in quibus Catholici Doctores variant inter ſe, vel contrarii ſunt, curanda eſt conformitas in Societate p. 3. c. 1. §. 18. L. O. Cui rei derogatum eſſe ubivis nemo ignorat. Quòd ſtatuitur p. 6. c. 2. §. 7. de non accipienda etiam eleemoſyna introitu illius miniſterii Societatis juxta explicationem P. Claudii in lib. ord. c. 1. n. 14. non amplius communiter videtur in uſu. Procurator Generalis cum ſuis ſociis aliisque procuratoribus ordinariè habitare debet in Collegiis p. 9. c. 6. §. 12. & L. G. ſupponitque Reg. ultima illius. Hodie tamen non obſervatur. Igitur Congreg. 3. dec. 23. c. 181. cum quidam ex Patribus propoſuiſſent, utrũ Conſtitutiones quæ ratione temporis vel alias ob cauſas in praxi non ſunt, expungendæ eſſent? Reſponſum quidem eſt, nulla ratione id faciendum, ſed potius oportere ut omnes inviolatæ prrmaneant: verum ut vides Pontificiorum tantum notitia hiſtorica abſolvitur, ita fortaſſis & hæ Conſtitutiones.*

§. 8. Vel etiam expreſſa

contraria lege Congregationibus Societatis Generalibus introducta.

*Cong. IIda. c. 118. & 119. quædam eſſe in ratione ſcribendi* qvæ modò non bene poſſint obſervari: unde remedium eſſe, per aliqvam immutationem conſtitutionum in ea parte adhibendum. *Eadem qvoqve Congregatio ſtatuit, ut literæ quadrimeſtres p. 8. c. 1. init. L. M. in annuas commutarentur d. 37. c. 131. Idem de mittendis Catalogis p. 8. c. 1 L. N. factum eſt d. 48. c. 134. & ſeq. Regulæ Ignatii privatam menſam ei, qui in Domo vel collegio ſupremam poteſtatem habet, ſtrui præcipiunt, ne cibum capiat ordinarie cum illis in refectorio; Sed Congregatio Tertia dec. 7. c. 409. cum Mutius Vitelleſcus anno 1615. Generalis creatus privatam Menſam ſponte ſibi ſubtraxiſſet, ſtatuit:* Licet primorum Patrum, in illis Societatis initiis, conſuetudo, ob graves cauſas qvæ eos moverant, non poſſit non probatiſſima videri: In præſentiarum tamen

ſe non poſſe non divinæ bonitati gratias agere, qvæ piam hanc mentem Patri Generali injecerit; eandemqve ſucceſſoribus, qvanto poſſint ſtudio precari, totisqve animis commendare, ut pari voluntate & ſpiritu in eandem rem ferantur. *Conſtitutio p. 8. c. 3. §. 1. reliqvit Generalis arbitrio cogere vel non cogere congregationes provinciales, qvando habenda eſſet congregatio Generalis, præterqvam ſi hæc habenda foret ad eligendum Generalem, aut ad deliberandum de his, qvæ ad generalem ipſum ſpectant; & præterea liberam eidem Generali vel Provinciali ejusdem nomine relinqvebant electionem illorum, qvi cum Provinciali venire ad Congregationem Generalem deberent: ſed Congregatio IVta dec. 37. & 39. cap. 258. & ſeqq. ſtatuit, ut qvotiescunqve cogenda eſſet congregatio generalis, fierent congregationes Provinciales, & in his eligerentur, qvi ad Generalem venturi eſſent, nec liberũ relinqveretur Generali vel Provinciali eos nominandi. Eadem Cong. dec. 5. c. 240. & ſeqq. approbavit conſuetudinem introductam à Borgia de integra Oratio-*

nis hora præter tempus utriusque examinis: Cum tamen Conſt. p. 4. c. 4. §. 3. horam unam orationi, & examinandis bis quotidie conſcientiis ſuis aſſignaverint, ſive ut habet Congregatio, ſemi horam tantùm Orationi deputaverint. Et præterea Congreg. Ima quæſita, an plus temporis orationi impendendum foret, quàm Conſtitutiones præſcribant? Reſponderit: ſervandas eſſe conſtitutiones & nihil aliud certi præſcribendum. Congregatio Vta derogavit eidem §. 1. c. 3. p. 8. in quo dicebatur, ad congregationes Provinciales convenire debere, & in illis ſuffragium habere profeſſos omnes Provinciæ, qui intereſſe poterunt, ſtatuens dec. 24. 38. 60. & 81. c. 288. 289. 297. 325. 337. & 338. ut quoniam excreſcente jam in dies numero Profeſſorum & ſuperiorum ob eam cauſam multò frequentiores, quam par eſſet ad Provinciales Congregationes convenirent, indeque multa & gravia incommoda ſequerentur in poſterum ad congregationem Provincialem, pro eligendo Procuratore, qui tertio quoque anno Romam mittitur conventuri, quadragenarium nu-

*numerum non excederent, nec qvinqvagenarium, quando convocatur Provincialis congregatio ad eligendos duos, qui unà cum Provinciali ituri ſunt ad Congregationem Generalem: In utroqve tamen caſu debere eſſe majorem Profeſſorum numerum, hoc eſt duas tertias partes Congregationis.*

§. 9. Neqve verò & illa omnia qvæ P. Generales hactenus iisdem imperarunt, ſedulò obſervaſſe videntur.

IGNATIUS LOJOLA *p. 8. Conſt. c. 1. §. 2.* Magnam turbam ad Profeſſionem non admittendam. IDEM *p. 6. c. 2. §. 7. & p. 10. §. 5.* Non poſſe ſocietatem pro Miſſarum Sacrificiis vel prædicationibus vel lectionibus, vel ullius Sacramenti adminiſtratione, vel qvovis alio pio officio ex iis, qvæ juxta ſuum inſtitutum Societas poteſt exercere, ſtipendium ullum vel Eleemoſynam, quæ ad compenſationem hujusmodi monaſteriorum dari ſolent, admittere.

*Et licet Congr. 5. dec. 39. noluerit definire; an accipere aliquid pro Miniſtris Societatis tanqvam ſtipendium vel Eleemoſynam in compenſationem ſit contra votum paupertatis Societatis hujus; an contra conſtitutiones tantum? prohibuit tamen, ne ullus ſuperior, ac ne ipſe quidem præpoſitus Generalis in ea lege diſpenſaret. Declaravit verò P. CLAUDIUS, ut habetur c. 1. Ordin. Præp. Gen. n. 14.* Si Eleemoſynæ ad Collegia mittantur ab iis, quorum filii Scholas Societatis frequentant; Et conjectura ſit (ſumto judicio ex circumſtantiis perſonarum, ac modi dandi & loqvendi) mitti pro compenſatione, vel intuitu miniſterii, admitti non debere, donec planè intelligant, accipi non poſſe, niſi nomine Eleemoſynæ, ſecluſo omni alio reſpectu, atqve hoc eodem modo ipſi qvoqve largiantur. (*Sapienti ſatis; nomen ſolùm mutetur, res maneat ſociis*) Idemque eſt judicium de Eleemoſynis, qvæ poſtquam Socii alicubi concionati ſunt ad domos vel collegia interdum mit-

mittuntur à Prælatis vel à Civitatibus aut aliis. *Sed Cong. IIda dec. 78. c. 140.* Omni cura labore & diligentia curemus, ne arcula aliqva proponatur in noſtris Eccleſiis, ad eleemoſynas accipiendas pro aliis, cum pro nobis tam ſit neceſſarium eas poni non poſſe, ut non rem tantùm evitemus, qvæ nobis prohibita eſt, ſed rei illius omnem ſpeciem. *Reg. 13. Rect. in Rat. ſtud.* Tragediarum & Comœdiarum, qvas non niſi latinas ac rariſſimas eſſe oportet, argumentum Sacrum ſit, ac pium: nec qvicqvam interponatur, qvod non latinum ſit & decorum: nec perſona ulla muliebris vel habitus introducatur. *P. CLAUDIUS in lit. de ſollic. ſup. ſcriptis Anno 1604. c. 346.* Non ſemel animum ſubiit cogitatio, an expediret mulierum confeſſiones ſuperioribus interdicere, qvod his audiendis multum temporis exiguo fructu conteri ſoleat; via ſterni ad viſitationes, turbari interdum etiam per æmulationes aliasq; occaſiones.

Idem Claud. *in lit. de Fel. Prog. Societ. n. 17. & 18. c. 118. & 119.* Moneo toto cordis affectu, ut in Concionando antiqvus ille, germanusqve Societatis modus & ſervetur diligenter; & ſic ubi degeneraverit, ſedulò inſtauretur. *Sed nuperrimè Caſimirus Kojalovvyck ex ead. Societ. Jeſu LXX. modos orat. Sacr. variè formandæ Antvverpiæ impreſſos edidit.*

P. Mutius *in lit. de Orat. c. 408.* Ita feram illam immanemqve belluam, qvam Politicam appellamus, domo exterminabimus &c.

P. Claudius *in lit. de Perfect. & Char. Fratr. c. 171. & 172. relato ſenſu Ignatii p. 10. Conſtit. & repoſito in Reg. 30. ex Comm. hæc ſubdit:* Usq; adeo planê abhorrebat ab hoc malo, ut ne eos qvidem Sermones ſuis licere vellet, qvibus aut de Principum agatur ſimultatibus, aut aliis aliæ nationes obloqvantur.

Congregatio *IIda deciſ. 55. c. 138* Lites forenſes, pro rebus præſertim temporalibus fugiant noſtri omnes,

& id curent Provinciales efficere; ac primum compromiſſione rem adnitantur componere, Qvod ſi nulla ratione id poſſint aſſeqvi, tamen non intendat quiſquam è noſtris litem hujusmodi, nec omnino litem aliquam absqve conſenſu Præpoſiti Generalibus aut ejus, cui expreſsè ſuas vices ad hanc rem ille commiſerit. Noſtris autem ſi lis intendatur, curent Provinciales primùm, vel à parte vel à Judice peti, vel id conſequi per Principem, ut prius poſſit Conſuli Generalis Præpoſitus, quàm liti reſpondere cogantur. Nam fieri poterit, ut Generalis Præpoſitus jubeat cedere noſtros liti, & potiùs detrimentum temporale pati, qvàm litibus dare operam, etiam pro re alioqvin debita.

§. 10. Qvamobrem non abs re fuit, qvod tantopere ingeminarint his temporibus Generales Præpoſiti: plus nimio à Majorum ſuorum ſpiri-

tu defeciſſe hodiernos Societatis Jeſu religioſos.

*In* Interrogatorio pro electione Qvarti Generalis Societatis *in Tertia Congregatione Generali confecto à Deputatis Anno 1573. ad cognoſcenda detrimenta, quæ paſſa fuiſſet Societas unde eligi poſſet, qvinam poſt Franciſci Borgiæ obitum muneri Præpoſiti Generalis præficiendus eſſet, in lib. Dec. Congr. Gener. c. 165. habetur:* Non extitiſſe tunc in ſocietate priſtinam ac laudabilem unionem, & qvàm conſtitutiones tantopere commendant, qvamqve homines ſemper in Societate fuerant admirati. *Et cap. 165. & ſeqq.* Societatem fuiſſe amplexam multa, qvæ non convenirent illius inſtituto, eamq; ita gravarent, ut cogeretur relinqvere, qvæ erant inſtituti propria *contra formam Decreti 72. congr. 2.*

P. Claudius *in Inſtruct. pro ſuper. ad augend. conſerv. ſpirit. in Societ. in 2. par. lib. Inſtr. cap. 27.* Advigilent ſuperiores, ut vigeat prorſus ſilentii re-

regula, qvæ multis in locis plus æqvo nec ſine gravi jactura negligitur.

P. Mutius *in lit. de Orat. ad univerſam Societ. ab ipſo primum ſcriptis 1619. 2. Jan.* Ego verò qvoniam exonerare meam ſtatui, mihiqve perſuaſum eſt, innumera hinc nobis bona intercludi atqve ex hoc fonte imprimis & univerſè derivari mala, qvæ æquiſſimo Domini judicio toleramus, ex intimis cordis mei viſceribus omnes obteſtor Examen, quod vocamus particulare, quàm accuratum per hoſce dies in hoc vitium inſtituant; Qvandoqvidem latius qvàm opus eſſet, illud ſerpere per Societatem deploramus omnes, fatemurqve, venenoſæ hujus atqve execrabilis plantæ fibris evulſis, terreſtrem qvendam Paradyſum illam futuram. Remedio porro utantur qvod in Domino cunctis porrigo, omniaqve quæ ex remiſſa lingvæ cuſtodia nobis impendent mala, ſtirpitus eradicabit. Neqve verò

aliud illud eſt, qvã ut omni ope atq; opera pios inter nos, cumq; externis ſermones inſtituere conſueſcamus. Quanta hinc Patres Fratresqve nobis bona provenient? Ita res domeſticas non optimi interdum exempli ſecularibus nequaqvam indicabimus, magno ipſorum detrimento, noſtrorumqve exiſtimationis majore jactura: ita rerum dictarum, geſtarumque nunciis aliorum aures non opplebimus; neqve pro nugarum rumorumqve, qui falſi inepti vaniqve deprehendantur, auctoribus unquam habebimur: ita nemini occaſionẽ afferemus, ut prædicet, cum de rebus piis colloqvi animus tulerit, ad aliorum ſe religioſorum fores non ad noſtras accedere. Ita deniqve nemo ſecularium obſervabit, uſurpabitqve, haud amplius in nobis vigere, priſcum illum primorum Patrum Spiritum, qui cum Principibus viris planeq; omnibus, nõ niſi de Deo atq; æterna ſalute ſermones ſerere noverant, eaq; ratione

pro

pro arbitratu cuncta conficiebant. O ſi renovatam hoc in genere Societatem daretur intueri! Omni tunc ſanê animi ardore inclamarem: *Nunc dimittis &c.*

§. 11. Redeamus deniqve ad Ignatium! Ille febri ardente correptus, ut intima ejus præcordia urerentur, obiit hora poſt ſolis ortum prima, feria 6. prid. Calend. Auguſti Anno Domini cIↄ Iↄ LVI. ætat. 65. converſionis à militia 35. confirmatæ Societatis 16. Qvo tempore jam tum ab ipſo conſtitutæ numerabantur Provinciæ 12. & in iis Jeſuitarum Domicilia ferè centum.

PETRUS de VALDERANA *Prior Conventus S. Auguſtini Hiſpalenſis in Concione die Canonicationis Lojolæ habita p. 55. inqvit:* Quod Ignatius ſuometipſius proprio nomine chartæ

inſcripto, plura, quam ipſe Moſes miracula, & totidem edat qvot Apoſtoli: qvodque ſigillum ejus tantæ authoritatis penes creaturas obtineat; ut ſubitò illi obediant. Hoc ipſum eſſe, quod in ſummam ejus admirationem nos inducat; & *p. 81.* Qvoad uſque Ignatio vivere hîc contigit, vita ejus & mores tam graves, tam ſublimes, ipſo etiam cœlo ſic ſtatuente, extiterunt, ut nemini niſi Pontificibus Divo ſcil. Petro Imperatricibus, Deiparæ videlicet virgini: deniqve Monarchæ ſupremo, Deo Patri, ejusque Sanctiſſimo Filio, eos intueri & videre, tanquam ex ſingulari gratia fuerit conceſſum.

PETRUS DOZA *Ordinis S. Dominici in Conventu Valentiæ in ſimili Concione abutitur verbis Apoſtoli ad Hebr. 1. inqviens. p. 112.* Noviſſimè Diebus iſtis locutus eſt nobis Deus in filio ſuo Ignatio, qvem conſtituit heredem univerſorũ &c.

Nec

Nec ei qvicqvam in hoc genere laudationis deeſſe videtur, qvam: per qvem fecit & ſecula.

§. 12. Primùm enim Romæ tria exſtruxerunt collegia, unum pro ſe Itali & Hiſpani; alterum pro Anglis; tertium pro Germanis, atqve illud operis Anno clↄ lↄ LIII. aggreſſi ſunt.

Petrus Ribadeneira *Anno clↄ lↄ IIX. & Anno clↄ lↄc XX.* Aubertus Miræus *Bruxellenſis Collegiorum Jeſuiticorum Catalogum ediderunt unde ſatis usqve ad iſta tempora Lojolitici lolii incrementa animadvertere licebit;*

*In* Italia *qvinqve ſunt Provinciæ, in qvibus ſecundum ordinem collegia ipſorum luſtrabimus.*

## IN PROVINCIA ROMANA.

Romæ
Domus Profeſſa,
Collegium Romanum,

Do-

Domus Probationis,
Collegium Pœnitentiariæ,
Collegium Germanicum,
Collegium Anglicanum,
Seminarium Romanum,
Collegium Maronitarum,
Collegium Scotorum,

Reſidentia Thuſculana.

Collegium Tiburtinum,
Collegium Lauretanum.
Collegium Peruſinum,
Collegium Florentinum,
Collegium Senenſe,
Collegium Maceratenſe,
Collegium Recinetenſe,
Collegium Setinum,
Collegium Ancomitanum,
Collegium Montis ſancti,
Collegium Montis Politiani,
Collegium Firmanum,
Collegium Soranum,
Collegium Aſculanum,
Collegium Tifermatenſe,

*Sunt in hac Provincia Socij*

*747.*

# IN PROVINCIA SICULA.

Panormi
Domus Profeſſa,
Collegium Panormitanum,
Domus Probationis,
Messanæ
Domus Profeſſa,
Collegium Meſſanenſe,
Domus Probationis,
Collegium Syracuſanum,
Collegium Catanenſe,
Collegium Montis Regalis,
Collegium Caltajeronenſe,
Collegium Rheginum,
Collegium Drepanitanum,
Collegium Minæenſe,
Collegium Marſalenenſe,
Collegium Calataneſſettenſe,
Collegium Melitenſe,
Collegium Platienſe,
Collegium Netinum,
Collegium Saccenſe,
Collegium Bivonenſe,
Reſidentia Chia.

*Sunt in hac Provincia Socii 638.*

# IN PROVINCIA NEAPO-LITANA.

NEAPOLI

Domus Profeſſa,
Collegium Neapolitanum,
Domus Probationis,
Collegium Catacenſe,
Collegium Nolanum,
Collegium Aletinum,
Collegium Barienſe,
Collegium Salernitanum,
Collegium Conſentinum,
Collegium Barolitanum,
Collegium Teatinum,
Collegium Aqvilanum,
Collegium Beneventanum,
Collegium Bonivenſe,
Collegium Tropeenſe,
Collegium Maſſenſe,
Collegium Stabienſe,
Collegium Capuanum,
Collegium Molfettanum,
Collegium Monopolitanum,
Domus Probationis Adrienſis,

Re-

Reſidentia Tarentina,
Reſidentia Paulæ.

*Sunt in hac Provincia Socii*

*594.*

# IN PROVINCIA MEDIOLANENSI.

Mediolani
Domus Profeſſa,
Collegium Breidanum,

Genuæ
Domus Profeſſa,
Collegium Genuenſe,
Domus Probationis,
Collegium Taurinenſe,
Collegium Comenſe,
Collegium Montis Regalis,
Collegium Cremonenſe,
Collegium Baſtienſe,
Collegium Nicienſe,
Collegium Alexandrinum,
Domus Probationis Aronenſis,
Reſidentia Papienſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*411.*

# IN PROVINCIA VENETA.

Domus Profeſſa Veneta,
Collegium Patavinum,
Collegium Terrarienſe,
Collegium Bononienſe,
Collegium Brixienſe,
Collegium Torolivienſe
Collegium Mutrinenſe,
Collegium Parmenſe,
Collegium Nobil. Parmienſ.
Collegium Placentinum,
Collegium Veronenſe,
Collegium Mantuanum,
Collegium Mirandolanum,
Collegium Regienſe,
Collegium Faventinum,
Collegium Caſtilionenſe,
Domus Probationis Novellariæ,
Domus Probationis Imolæ,
Domus Probationis Buxetana,
Reſidentia Cretenſis,
Reſidentia Vicentina,

*Sunt in hac Provinciæ Socii 373.*

§. 13. Non

§. 13. Non multò poſt per *Petrum Mazcarenham* Johannis III. Luſitaniæ Regis ad Pontificem Legatum in *Hiſpania* etiam colonias impetrarunt, & perrexerunt eò Anno 1541. *Franciſcus Xavier* & *Simon Rodericus Johannem Siliceum* tamen Archiepiſcopum Toletanum propter Collegium Compluti extruendum acerrimum habuerunt adverſarium.

## IN LUSITANIÆ PROVINCIA.

Olisippone
Domus Profeſſa,
Collegium S. Antonii,
Domus Probationis,
Collegium Connimbricenſe,
Collegium Eborenſe,
Collegium Portuenſe,
Collegium Bracarenſe,
Collegium Brigantinum,

Collegium Pharenſe,
Collegium Portalegrenſe,
Collegium Funchalenſe,
Collegium Angrenſe,
Collegium S. Michaelis,
Domus Profeſſa Villavicoſæ,
Reſidentia S. Felicis,
Reſidentia Canatenſis,
Domus in regno Angolæ,
Reſidentia in Inſulis Heſperidum,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*680.*

## IN PROVINCIA TOLETANA

TOLETI

Domus Profeſſa,
Collegium Toletanum,

MADRITI

Collegium Madritanum,
Domus Probationum,
Collegium Complutenſe,
Collegium Ocanienſe,
Collegium Placentinum,
Collegium Conchenſe,
Collegium Belmontenſe,

Collegium Murcianum,
Collegium Caravacenſe,
Collegium Siguritanum,
Collegium Huetenſe,
Collegium Talabricenſe,
Collegium Oropeſanum,
Collegium Almagrenſe,
Collegium S. clementis,
Collegium Almonozilenſe,
Domus Probationis Villaregienſis,
Reſidentia Navalcarnenſis,
Reſidentia Jeſumontani,

*Sunt in hac Provincia Socii*

570.

## IN PROVINCIA CASTELLANA.

VALLISOLETI
Domus Profeſſa,
Collegium Valliſolitanum,
Collegium Anglicanum,
Collegium Salmanticenſe.
Collegium Hibernorum Salmant.
Collegium Burgenſe,
Collegium Metinenſe,
Collegium Segobienſe,

Collegium Abulenſe,
Collegium Palentinum,
Collegium Compoſtellanum,
Collegium Hibernorũ Compoſtell.
Collegium Pampilonenſe,
Collegium Legionenſe,
Collegium Lucronienſe,
Collegium Ovetenſe,
Collegium Numantinum,
Collegium Santanderenſe,
Collegium Monfortenſe,
Collegium Arevalenſe,
Collegium Vergarenſe
Collegium Tudelanum,
Collegium Bilbaenſe,
Collegium Bellimarenſe,
Collegium Villa-Francenſe Gall.
Domus Probationis Villa-Garcienſis,
Reſidentia Azcoitana,

*Sunt in hac Provincia Socii 613.*

# IN PROVINCIA ARAGONENSI.

VALENTIÆ

Domus Profeſſa,
Collegium Valentinum,
Collegium Barcinonenſe,
Collegium Cæſarauguſtanum,
Collegium Majoricenſe,
Collegium Gerundenſe,
Collegium Candienſe,
Collegium Bilbilitanum,
Collegium Turiaſonenſe,
Collegium Urgellenſe,
Collegium Oſcanum,
Collegium Ilerdenſe,
Collegium Perpinianenſe,
Domus Probationis Tarraconenſis.

*Sunt in hac Provincia Socii*

*399.*

## IN PROVINCIA BÆTICA.

Hispali
Domus Profeſſa,
Collegium Hiſpalenſe,
Domus Probationis,
Collegium Anglicanum,
Collegium Stud. Rep.
Collegium Triguerenſe,

Collegium Gaditanum,
Collegium Marcenenſe,
Collegium Cordubenſe,
Collegium Granatenſe,
Collegium Vaezanum,
Collegium Malacenſe,
Collegium Xerenſe,
Collegium Cazorlanum,
Collegium Ubedanum,
Collegium Aſtigitanum,
Collegium Gvadixenſe,
Collegium Fregenalenſe,
Collegium Montellanum,
Collegium Antiqveranum,
Collegium Oſſunenſe,
Collegium Andaxarenſe,
Reſidentia Giennenſis.

*Sunt in hac Provincia Socii 600.*

Rodericus Oliſipponenſis, *qvi cũ Xaverio in Indiam abire debuiſſet, in Luſitania retentus eſt, ut qvoniam Lojola alii adhuc ſe adjungere cœperant, ipſe Connimbricenſi præeſſet.*

§. 14. Idem Mazarenius no-

nomine Regis ſui à Pontifice circa Societatis hujus initium petiit, ut ex eadem promulgandi evangelii cauſa in Indiam aliqvi mitterentur. FRANCISCUS igitur XAVERIUS cum Roderico abiit, & Anno cIɔ Iɔ XLI. cum Indiæ Præfecto *Martino Alphonſo* ubi Syppone diſceſſit. Itineris Comitem ſibi junxit è Societate Italum, Paulum nomine. In Indiam pervenerunt Anni ſeqventis menſe Majo ac Goam tandem appulerunt; Huic Xaverio plurima, & neſcio, qvæ non miracula tribuunt. Bellarm. L. 4. de Eccl. mil. cap. 14. Acoſta de Proc. Jud. ſal. lib. 2. c. 10. Ozorius Tom. 4. Conc. de ejus obitu. Horat. Turſelin. lib. 6. vitæ ejus

jus cap. 1. lib. 2. c. 7. Indiæ vocant Apoſtolum, & neſcio qvæ non ipſi tribuant vel affingant potius miracula. Neutrum ut omnino credam plurima prohibent teſtimonia. Neqve enim primus Indiam prædicatione Evangelii illuſtravit.

Osorius *hiſt. lib. 1. teſtatur*: In India inventa eſſe antiqva Chriſtianorum millia

Stapletonus *Lib. 1. de Author. Script. cap. 14. 5. refert.* In India Orientali Luſitanos Chriſtianorum reliqvias inveniſſe.

Xaverius *Lib. 1. Epiſt. 1.* Socotorium Inſulam, in circuitu millia paſſuum fermè centum, totam incoli ab iis Chriſtianis, qvi multis ab hinc annis Papiſticis Sacerdotibus orbati, nihil habeant præter nomen: hos chriſtianos ſe eſſe gloriari, & S. Thomam Apoſtolum ſanctè colere

qvòd

qvòd ſe oriundos prædicent ab iis, qvos ille in his locis pepererit.

Idem *lib. 2. Epiſt. 3.* Non deſunt, qvi S. Thomam Apoſtolum in Sinas penetraſſe confirment, magnumq; eorum numerum ad Chriſti fidem convertiſſe. Priusqvam Luſitani Indiam in ſuam redegiſſent ditionem Græca Eccleſia eò mittebat Epiſcopos: qvi Chriſtianos S. Thomæ, ejusqve diſcipulorum ope propagatos tuerentur. Cum primum igitur Luſitani India potiri cæperunt, unus ex Græcis Epiſcopis, qvos dixi affirmaſſe fertur, ſe cognoviſſe ab aliis Epiſcopis, qvos in India invenerit S. Thomam Sinarũ fines ingreſſum Evangelio divulgato indigenas plurimos Chriſto peperiſſe.

Johannes Lerius *in hiſtoria Navigat. in Braſil. ſcribit*: Eſſe ſibi à ſenibus ejus Inſulæ relatum, eundem Chriſtum qvem ipſe annunciet, fuiſſe antiqvis temporibus in eadem Inſula prædicatum, & de Salute con-

ſeqvenda eſſe à majoribus traditum, idqve ſe à parentibus ſuis audiviſſe.

## §. 15. Neqve miraculis adeo uſqvam claruit:

FRANCISCUS de VICTORE *Regius Profeſſor in Salmanticenſi Academia Relect. 5. Prop. 5.* Non ſatis mihi liqvet an barbaris Indis fides Chriſtiana ita à nobis propoſita fuerit, & añunciata, ut teneamur credere ſub novo peccato. Nam miracula & ſigna nulla audio, nec exempla vitæ adeo religioſa; Imò contra multa ſcandala & impietates. Unde videtur, qvod religio Chriſtiana non ſit iis ſatis commodê & piè prædicata; ut illi teneamur acqvieſcere.

ACOSTA *oculatus rerum Indicarum teſtis & ipſe Jeſuita in Lib. de procurand. Indor. ſalut. 6. cap. 4.* Qvæ eſt prædicatio noſtra? qvæ fiducia? ſigna qvidem non edimus.

*Et cap. 12.* Nos prodigia, qvibus Evangelicas voces confirmemus nulla producimus.

Cap.

*Cap. 17.* Neqve verò eſt opus. Bonis operibus ita lucere coram hominibus, ut videntes glorificent Patrem, qvi eſt in cœlis; eſt omnium ad perſuadendum miraculum potentiſſimum.

*Idem Lib. 4. cap. 3.* Accuſant noſtri Indorum tarditatem ad capienda myſteria fidei: fruſtra in iis edocendis tempus teri: deniqve poſt annos jam qvadraginta, ab Evangelii ingreſſu, in tam immenſa turba, vix qvenqvam qvi ſymboli duo capita intelligat; qvid Chriſtus ſit, qvid vita æterna, qvid Euchariſtia, vel craſsè agnoſcat, reperiri: pecudes potius habendos qvàm homines. Verùm qvi iſta jactant, reſpondeant mihi, qva diligentia iſti erudiantur. Recitant illis bis terve in hebdomada ſymbolum & preces, idqve Hiſpanico idiomate: jubentur deniqve Hiſpanica hæc diſcere; qvorum ne ſyllabam qvidem intelligunt & pronunciant ridiculè. Vulgaris tamen & tritus doctrinæ tra-

dendæ iſte eſt modus; ubi exqviſitius res agitur. Sacerdos, ſermone indico compoſita qvædam, in Catechiſmi formam, recitat: cum tamen ille lingvæ Indicæ prorſus eſt infans. Qvod ſi peritus ſit, (qvod rarum eſt) tamen myſteria fidei neq; explanat; neqve verò ſatis novit. Qvis verò unqvam Catechiſta rationem auditorum exegit. Deniq; perinde Indis Doctrina traditur; atqve cum à Medicis, ſtipis colligendæ cauſa, precationes aut verſus aliqvi cantillantur: qvi illud tantum ſpectant, ut dicendo ipſi ad finem usqve perveniant carminis; utrum verò auditores vel attendant, vel delectentur, pecunia jam accepta, non admodum curant. Tota igitur catechizandi ratio umbratilis, & ludicræ ſimilis.

*Rurſus cap. 4.* Verè qvidam noſtrorum ſcripſit Pater: Non videri ſibi ad Indorum horum animos penetraſſe Evangelium, ſed ad ſpeciem tantum receptum. Negari enim

non

non poſſe, qvin ſi intimis ſenſibus radices egiſſet, copioſos manifeſtosqve fructus cerneremus. Qvid enim potentius verbo Dei? quid ad immutandos homines efficacius? Expende omnia ſubtiliter: Invenies tam tenuis & inopis Meſſis apud Indos potiſſimam cauſam in eo eſſe, qvod divinis & occultis qvidem, ſed juſtis conſiliis antiqvis gentibus Prædicatores fuerint, prædicatione ſua digni; cum noſtri tam ſint pleriqve indigni; ut longê plus evertant & diſſipent, qvàm ædificent atqve plantent.

*Deniqve lib. 5. cap. 2.* Mihi ſanè monſtri ſimile ſemper eſt viſum inter tot millia Indorum, Chriſtiano nomine donatorum, tàm eſſe rarum, qvi Chriſtum agnoſcat; ut, qvod Epheſii olim de Spiritu S. Paulo reſponderunt, poſſint hi de Chriſto melius uſurpare; Neqve an ſit Chriſtus? audivimus.

ANDREAS VEGA *è Societ. Jeſu Tr. de Fide & Operibus quæſt. 3. de modo*

*Converſionis Indorum Jeſuitica ſeqventia narrat*: Qvidam hoc noſtro tempore, habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, Indos, ad Baptiſmum venientes, indiſcriminatim admiſerunt; nulla facta inqviſitione de vita & moribus; imò nulla, vel penê nulla iis tradita doctrinâ, de vitâ & moribus neceſſariò ſervandis: ſed hoc ſolo contenti, qvod propoſitis fidei articulis, credere ſe reſpondeant, & velle baptizari. Revocare eos ab errore debuit illud Chriſti: Nolite ſanctum dare canibus.

*Qvid plura! Ipſe XAVERIUS lib. 3. Epiſt. 5. ſic retulit*: ſi nos lingvam calleremus Japonicam: non dubito, qvin plurimi fierent Chriſtiani. Faxit Deus ut eam brevi addiſcamus! Tum demum aliqvam Chriſtianæ rei navabimus operam. Nam nunc qvidem inter eos, tanquam mutæ ſtatuæ verſamur. Multa enim illi de nobis & dicunt, & agitant ad quæ nos obmuteſcimus, patrii ipſorum ſermonis ignari.

IN-

# INDIA ORIENTALIS,

## IN PROVINCIA GOA-
## NA.

GOÆ

Domus Profeſſa,
Collegium Goanum,
Domus Probationis,
Collegium Salſetanum cum XI.
Reſidentiis,
Collegium Bazainenſe,
Collegium Tanaenſe cum V.
Reſidentiis,
Collegium Damanenſe,
Collegium Chaulenſe,
Collegium Dienſe,
Collegium Mozambiqvenſe,
Reſidentia Æthiopica,
Reſidentia Mogorenſis,
Reſidentia Senenſis,
Reſidentia Tetenſis.

*Sunt in Provincia Socii*

*280.*

## IN PROVINCIA MALA-
## BRICA.

CONCHINI

col-

Collegium Cochinenſe cum V. Reſidentiis,
Domus Probationis,
Seminarium Vaipicotanum,
Collegium Coulanenſe,
Collegium Tutucorienſe, cum Reſidentia,
Collegium Nagapatanum,
Collegium S. Thomæ.
Collegium Peguanum,
Collegium Bengalenſe,
Collegium Malacenſe,
Collegium Columbenſe cum VII. Reſidentiis,
Reſidentia Madurenſis,
Reſidentia Tennatenſis,
Reſidentia Molucenſis.

*Sunt in hac Provincia Socii 150.*

## IN PROVINCIA JAPONIÆ.

NANGASACHII
Collegium Nangaſachienſe,
Domus Probationis.
Collegium Arimenſe cum ſeminario

Collegium Meacenſe,
Collegium Macaenſe,
Reſidentia Facatenſis,
Reſidentia Uracamenſis,
Reſidentia Tonenſis,
Reſidentia Fudoyanenſis,
Reſidentia Iſafayenſis,
Reſidentia Cocurenſis,
Reſidentia Firoximenſis,
Reſidentia Notovienſis,
Reſidentia Xiqvenſis,
Reſidentia Conzurana.
Reſidentia Ozacenſis,
Reſidentia Fuximenſis,
Reſidentia Focacunenſis,
Reſidentia Xinqvenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*130.*

## IN REGNO SINARUM.

Collegium Paqvinenſe,
Collegium Nancianenſe,
Reſidentia Xauchenſis,

*Sunt in hoc Regno Socii*

*38.*

# IN PROVINCIA BRASILIÆ.

PERNAMBUCI
Collegium Pernambucenſe,
Reſidentia S. Andreæ,
Reſidentia B. Virg. Conc.
Reſidentia S. Michaelis,
Reſidentia S. Johann. Bapt.
Reſidentia Maranhanenſis,

FLUMINIS JANUARII
Collegium Fluminis Januarii,
Domus Spiritus Sancti,
Reſidentia S. Barnabæ,
Reſidentia S. Ignatii,
Reſidentia B. Virg. Aſſumt.
Domus Piratiningæ,
Domus Sanctorum,

BAYÆ
Collegium Bayenſe,
Reſidentia S. Spiritus,
Reſidentia S. Johannis,
Reſidentia S. Antonii,
Reſidentia B. Virginis,
Domus Ilhæorum.

*Sunt in hac Provincia Socii*
180.

# IN PROVINCIA SARDINIÆ.

Sassari
Domus Profeſſa,
Collegium Saſſaritanum,
Seminarium S. Antonii,
Domus Probationis,
Calari
Collegium Calaritanum,
Domus Probationis,
Collegium Eccleſienſe,
Collegium Alguerenſe,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*190.*

# INDIA OCCIDENTALIS, IN PROVINCIA PERUANA.

Limæ
Collegium Limenſe,
Domus Probationis,
Seminarium Limenſe,
Reſidentia S. Jacobi,
Collegium Cuchenſe,
Collegium Potoſinum,
Collegium Platenſe,

Collegium Pacenſe,
Collegium Guamanganum,
Collegium Qvitenſe,
Reſidentia Julenſis,
Reſidentia S. Crucis dela Sierra,
Reſidentia Orrurienſis,
*Sunt in hac Provincia Socii*
*370.*

## IN PROVINCIA PARA-QVARIA.

Collegium Chilenſe,
Collegium Aſſumtionis,
Collegium Cordubenſe,
Collegium S. Michaelis Tucum,
Collegium Conceptionis,
Collegium Mendoxanum,
Collegium S. Fidei,
Reſidentia S. Jacobi del Eſtero,
Reſidentia Boni aëris,
*Sunt in hac Provincia Socii*
*116.*

## IN PROVINCIA GRANA-TENSI.

Collegium Carthagienſe,
col-

Collegium S. Fidei,
Seminarium S. Bartholomæi,
Reſidentia Panamana,
Reſidentia Caxicana,
Domus Probationis Tungenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*100.*

## IN PROVINCIA MEXICANA.

Mexici
Domus Profeſſa,
Collegium Mexicanum,
Collegium Guazacanum,
Collegium Guadalaxarenſe,
Collegium Angelop.
Collegium Valliſoletanum,
Collegium Paſqvarenſe,
Collegium Tepozotlanum,
Collegium Guatilamenſe,
Collegium Zacateqvanum,
Collegium Meridanum,
Reſidentia Veræ Crucis,
Reſidentia Cinaloënſis,
Reſidentia Guadianæ,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*340.*

# IN INSULIS PHILIP-PINIS.

Collegium Manilanum,
Collegium Zebuenſe,
Domus Probationis S. Petri,
Reſidentia Antipolana,
Reſidentia Boolana,
Reſidentia Dulacenſis,
Reſidentia Carrigarenſis,
Reſidentia Tinagonenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii 100.*

§. 16. *Gvilhelmus de Prato* Epiſcopus Claromontanus Anno cIↄ Iↄ L. Jeſuitas Lutetiæ in Claromontanum (qvod ibi eſt collegium) introduxit, & moriens teſtamento ultra 60000. aureorum ea conditione illis legavit, ut Billonii & Mauriaci in Avernis Schola inſtituta juventutem erudirent: nam ante mortem Lo-

jo-

jolæ Broetus commendatione Caroli Lotharingii Cardinalis ab Heinrico II. impetraverat, ut juxta diploma Pontificium Societas hæc in GALLIA reciperetur. Non multò poſt ſupplices à Parlamento contenderunt, ut non Lutetiæ tantum, ſed alibi qvoqve locorum in Regno tolerarentur; Aſt repulſam tulerunt. Poſt qvatuor nihilominus annos, iterum, ut admitterentur, inſtantiſſimè petierunt; Sed cum Procurator Regius *Noe Bruslandus* vehementer iis reſiſteret, Parlamentum Epiſcopo Pariſienſi & Sorbonæ rem commiſit. Collegium Theologorum Pariſienſium Anno cIↄ Iↄ LIV. d. 1. Decemb. multis rationibus in Decreto ſuo Jeſuitas oppugnavit.

*Eu-*

*Euſtochius Bellajus* Epiſcopus pariter rem improbavit. His ſententiis à Rege in Conſiſtorio expenſis Lotharingio inſtigante 7. Calend. Maij Anno cIↄ Iↄ LXI. Curiæ peculiari diplomate receptio mandatur, & Decretum Sorbonæ per Hiſpanicam inqviſitionem tollitur.

RIBADENEIRA *Lib. 4. Hiſt. cap. 11.* Porro in Hiſpania, qvod Sorbonenſe Decretum eſſet contra ſanctam ſedis Apoſtolicæ authoritatem, à qva religio noſtra confirmata & probata eſt; fidei qvæſitores illud tanqvam falſum & qvod pias aures offenderet, ſuo decreto legi prohibuerunt.

*Senatus verò 8. Calend. Martii decreto facto negotium omne ad univerſam Eccleſiam Gallicam remittit. Qvæ cum Poſſiaci tandem* Franciſco Turnonio *Cardinale Lugdunenſi Præſide 7. Cal. Octob. magno numero conveniſſet, tantùm*

*ſub Societatis & Scholæ, neutiquam verò novi Ordinis nomine admiſſi ſunt: Jeſuitarum autem nomine iis planè interdictū. Quo impetrato Ludum Lutetiæ aperiunt; Sed portæ pertinaciter inſcribunt:* Collegium de Societate Jesu. *Huic audaciæ reſiſtente Academiâ, rurſus ad ſenatum res devoluta, & cauſa acriter ibi agitata eſt. Pro ſodalibus* Petrus Verſorius, *pro Academia* Stephanus Paſchaſius *vel* Paſqvenius *diſſeruit; multis replicavit Verſorius: Demum* Baptiſta Manilius *Cognitoris Regii partes ſuſtinens, ipſe contra Jeſuitas dixit. Ita bidui ſpatio conſumto Senatus pariter ipſe de hoc negotio longius ſibi deliberandum cenſuit; Sodalibus verò Juventutis erudiendo libertas Nonis April. Anno cIↄ Iↄ LXV. conceſſa eſt. Qva occaſione paulatim in Gallia Societas, modò communis populi & Principum favorem adepta, modò, propter varias qvas poſtea turbas dedit, ejecta ſæpius & recepta eſt. Donec tandem augeri atqve confirmari cœperit. Catalogus itaqve Collegiorum ejus loci eſt qvi ſeqvitur.*

# IN PROVINCIA FRANCIÆ.

PARISIIS
Domus Profeſſa,
Collegium claromont,
Domus Probationis,
Reſidentia Pontiſarenſis,
ROTHOMAGI,
Collegium Rhotomagenſe,
Domus Probationis,
Collegium Flexienſe,
Collegium Bituricenſe.
Collegium Nivernenſe,
Collegium Augenſe,
Collegium Redonenſe,
Collegium Molinenſe,
Collegium Ambianenſe,
Collegium Rhemenſe,
Collegium cadomenſe,
Reſidentia conſtantinop.

*Sunt in hac Provincia Socii*

*358.*

# IN PROVINCIA AQVITANIÆ.

BURDIGALÆ

Collegium Burdigalenſe,
Domus Probationis.
Collegium Aginnenſe,
Collegium Petrocorienſe,
Collegium Lemovicenſe,
Collegium Pictavienſe,
Collegium Xantonenſe,
Collegium Redonenſe,
Reſidentia S. Macarii,
Reſidentia Bearnenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*280.*

## IN PROVINCIA LUGDUNENSI.

LUGDUNI
Collegium Lugdunenſe,
Domus Pobationis,
AVENIONE
Collegium Avenionenſe,
Domus Pobationis,
Collegium Turnoenſe,
Collegium Cambrienſe,
Collegium Dolanum,
Collegium Biſuntinum,
Collegium Viennenſe,

Collegium Ebredunenſe,
Collegium Carpentoractenſe,
Collegium Roannenſe,
Collegium Veſulanum,
Collegium Siſteronenſe,
*Sunt in hac Provincia Socii*
4 7 0.

## IN PROVINCIA THOLOSANA.

THOLOSÆ
Collegium Toloſanum,
Domus Probationis,
Collegium Billomenſe,
Collegium Mauriacenſe,
Collegium Ruthenenſe,
Collegium Auſcitanum,
Collegium Anicienſe,
Collegium Biternenſe,
Collegium Cadurcenſe,
Collegium Albenacenſe,
Collegium Carcaſſonenſe,
*Sunt in hac Provincia Socii*
3 1 0.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0101-1

# IN PROVINCIA CAMPANIÆ.

Collegium Muſſipontanum,
Collegium Rhemenſe,
Collegium Divionenſe,
Collegium Virdunenſe,
Collegium Nancejanum.
Collegium Carolopolitanum,
Collegium Auguſtodinenſe,
Collegium Cataulanenſe,
Domus probationis Nancejana,
Reſidentia Barrenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii 226.*

§. 17. In vivis adhuc erat, Ignatius, cum Rex Romanorum *Ferdinandus* circa Annum cIɔ Iɔ LV. Collegium Viennæ Sociis Ejus erigeret. QvodExemplum imitatus eſt *Albertus* Bavariæ Dux, anno ſeqventi, ubi Domicilium Ingolſtadii iis aſſignavit & Anno cIɔ Iɔ LIX. Monachii. Atq;

ita ſenſim GERMANIAM qvoq; noſtram invaſerunt.

## IN PROVINCIA GERMANIÆ SUPERIORIS.

Collegium Ingolſtadienſe,
Collegium Monachienſe,
Collegium Auguſtanum,
Collegium Dilinganum,
Collegium Ratisbonenſe,
Collegium Oenipontanum,
Collegium Hallenſe,
Collegium Lucernenſe, (nibus,
Collegium Friburgenſe in Nuitho-
Collegium Bruntrutanum,
Collegium Conſtantienſe,
Collegium Euſtadianum,
Collegium Enſisheimenſe,
Collegium Friburgenſe in Brisgoja
Domus Probationis Landspergenſis
Reſidentia Eperſpergenſis,
Reſidentia Biburgenſis,
Reſidentia Valleſiana,
Domus Oetingana,

*Sunt in hac Provincia Socii*

546,

# IN PROVINCIA RHENI.

Collegium Colonienſe,
TREVIRIS
Collegium Trevirenſe,
Domus Probationis,
Collegium Moguntinum,
Collegium Spirenſe,
Collegium Herbipolenſe,
Collegium Fuldenſe,
Collegium Heilgenſtadienſe,
Collegium Molshemienſe,
Collegium Confluentinum,
Collegium Paderbornenſe,
Collegium Monaſterienſe,
Collegium Hildeſienſe,
Collegium Embicenſe,
Collegium Aqvisgranenſe,
Collegium Bambergenſe,
Collegium Wormatienſe,
Collegium Hagenoenſe,
Collegium Erfordianum,
Collegium Seleſtadianum,
Collegium Noveſianum,
Collegium Duſſeldorpienſe,
Collegium Oſnabrugenſe,

Reſidentia Bonnenſis,
Reſidentia Aſchaffenburgenſis,
Reſidentia Machio Badenſis,
Reſidentia Heidelbergenſis,
Reſidentia Salicetienſis,
Reſidentia Frizlarienſis.

*Sunt in hac Provincia Socii 601.*

# IN PROVINCIA AUSTRIÆ.

Collegium Viennenſe,
Collegium Græcenſe,
Collegium Pragenſe,
Collegium Olomucenſe,
Collegium Crumlovienſe,
Collegium Commotovienſe,
Collegium Novodomenſe,
Collegium Labacenſe,
Collegium Glacenſe,
Collegium Clagenfurtenſe,
Collegium Zagrabienſe,
Collegium Lincienſe,
Collegium Paſſavienſe,
Collegium Homonenſe,
Collegium Tyrnavienſe,

col-

Collegium Crembſenſe,
Domus Probationis Brunenſis,
Domus Probationis Leobienſis,
Reſidentia S. Bernhardi,
Reſidentia Milleſtadienſis,
Reſidentia Eberndorffenſis,
Reſidentia Plettrienſis,
Reſidentia Goriſienſis,

*Sunt in hac Provincia Socii 553.*

## IN PROVINCIA FLANDRICA.

Antuerpiæ
Domus Profeſſa,
Collegium Antuerpienſe,
Lovanii,
Collegium Loganienſe,
Collegium Anglorum,
Collegium Brugenſe,
Collegium Bruxellenſe,
Collegium Contracenſe,
Collegium Gandenſe,
Collegium Iprenſe,
Collegium Ruræmundanum,
Collegium Sylvæducenſe,

Collegium Trajectenſe,
Collegium Winoci-bergenſe,
Domus Probationis Lirana,
Domus Probationis Mechlinienſis,
Reſidentia Caſſetana,
Reſidentia Hollandica.

*Sunt in hac Provincia Socii 617.*

## IN PROVINCIA GALLO-BELGICA

*Anno 1580. Angliam ingreſſi ſunt Jeſuitæ, nominatim Robertus Parſonius & Edmundus Campianus, Collegia extruxerunt.*

DUACI
Collegium Duacenſe,
Seminarium Seotorum,
AUDOMARI
Collegium Audomarenſe,
Collegium Anglorum,
TORNACI
Collegium Tornacenſe,
Domus Probationis,
LEODII
Collegium Leodienſe,
Domus Probationis,

Collegium Inſulenſe,
Collegium Montenſe,
Collegium Valencenenſe,
Collegium Atrebatenſe,
Collegium Cameracenſe,
Collegium Luxenburgenſe,
Collegium Namurcenſe,
Collegium Dionantenſe,
Collegium Hesdinienſe,
Collegium Arienſe,
Reſidentia Watenenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii 652.*

*Belgium Germaniæ Provinciis annumeravi Hiſtoria excuſa Leovvardiæ Anno 1616. ſub Titulo:* Jeſuitica per unitas Belgii provincias Negotiatio.

§. 18. Circiter Annum cIɔ Iɔ LXXV. qvidam Jeſuitæ etiam Poloniam ingreſſi ſunt. *Stephanus* autem Rex creatus, ut Romani Pontificis favorem eò magis ſibi conciliaret, Jeſuitas amplecti cœpit, &

 non

non ſolum in POLONIA, LITHUANIA & LIVONIA plurima illis Loca occupanda dedit; Verùm etiam fratri ſuo *Chriſtophoro* autor fuit, ut in TRANSSYLVANIA qvoq; eos admitteret;

## IN PROVINCIA POLONIÆ.

CRACOVIÆ
Domus Profeſſa,
Domus Probationis,
Collegium Poſnanienſe,
Collegium Callieſſienſe,
Collegium Lublinenſe,
Collegium Jaroslavienſe,
Collegium Leopolitanum,
Collegium Torunienſe,
Collegium Sendomirienſe,
Collegium Luciorienſe,
Collegium Camenecenſe,
Reſidentia Gedanenſis,
Reſidentia Præmislienſis,

Reſidentia Ravenſis,
Reſidentia Croſnenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*459.*

# IN PROVINCIA LITUANIÆ.

Domus Profeſſa Warſavienſis.

Vilnæ

Domus Profeſſa,
Collegium Vilnenſe,
Domus Probationis,
Collegium Brunsbergenſe,
Collegium Pultovienſe,
Collegium Niesviſienſe,
Collegium Polocenſe,
Collegium Rigenſe,
Collegium Derpatenſe.
Collegium Orszenſe,
Collegium Lumzenſe,
Collegium Procenſe,
Reſidentia Plocenſis,
Reſidentia Smolenſis,

*Sunt in hac Provincia Socii*

*336.*

## IN TRANSYLVANIA,

Collegium claudiapolitanum,
Collegium Albæ Juliæ,
*Sunt in hac Vice Provincia Socii.* 2.

## UNIVERSIM.

| | |
|---|---|
| Provinciæ | XXXII. |
| Domus Professæ | XXI. |
| Collegia | CCCLXXI. |
| Dom. Probationis ſeparatæ | XLIII. |
| Domus & Residentiæ | CIII. |
| Socii ſive Patres | 13010. |

§. 19. Veriſſimè qvondam Sorbona ſc. Anno CIↃ IↃ LIV. Calend. Decemb. ſub finem Decreti ſui adverſus Jeſuitas ſcripſit: *Hæc ſocietas videtur in negotio fidei periculoſa, pacis Eccleſiaſticæ perturbativa, Monaſticæ religionis everſiva, & magis ad deſtructionem qvàm ad ædificationem.* Periculoſam monſtrare fidem Jeſuiticam principale qvidem in-

inſtitutum noſtrum non eſt; Attamen Dogmata Societatis ſatis eſſe Paradoxa, vel è ſeqq. liqvet.

*Franc.* TOLETUS *Cardin. & è ſociet. Jeſu lib. 4. de Inſtruct. Sacerd. cap. 9.* Qvantum ad intentionem, qvæ conſiſtit in fervore & vehementia ipſius actus non teneri nos ſub præcepto Deum plus diligere omnibus.

*Robert.* BELLARMINUS *Cardin. & è Societ. Jeſu lib. 5. de Amiſſ. grat. cap. 10.* Non omnia Legis Præcepta eſſe obligatoria; ſed tantum doctrinalia.

AZORIUS *Jeſuita lib. 5. Inſtit. Moral. cap. 15. p. 517. & Lib. 10. cap. 9.* *Qvod* Pontifex poſſit ſeipſum ſolvere à voto, & jurisjurandi religione, qvodqve etiam aliorum juramenta poſſit relaxare.

TOLETUS *loc. cit. cap. 25. Qvod* teneatur homo ſub mortali peccato, ad ſabbathum ſanctificandum; ſed non teneatur ad bene ſanctificandum.

I-

Idem *Lib. 5. Operis cit. cap. 9.* Cum homo propter verbum contumelioſum, non ex plena deliberatione, vel ſi adſit plena deliberatio, tamen ſit inter perſonas parvi momenti, ut inter mulierculas, non eſſe peccatum mortale.

Ibidem *cap. 1.* Multas cogitationes contra fidem & imaginationes impuras non eſſe peccata.

Salmero *Diſput. 50. in Epiſt. ad Rom.* Chriſto juſtitiam Originalem derogat.

Anglo-Rhemenses *in Annot. ad 1. cap. Marc.* Chriſtum egiſſe pœnitentiam jejuniis & vivendo in deſerto.

Gretserus *Jeſuita in Agoniſt. p. 48. 50.* Chriſtum Opera pœnitentiæ, & inter ea flagellationem ſpontaneam ſuſcepiſſe, ac diſciplinam feciſſe.

Sanchiez *Soc. Jeſu Lib. 2. op. Moral. cap. 32. n. 32.* Jurare licere per Virginitatem Mariæ.

§. 20. Eadem admodum

Lu-

Lubrica eſſe ſeqventi Inductione breviſſima conſtat.

Franciscus Costerus *Soc. Jeſu in Enchirid. p. 44. Sacram Scripturam* membraneam & chartaceam ac literam mortuam *vocat; Contra pag. 47. eam ſic extollit*, ut nullum jota, apicem nullum in eâ *agnoſcat*, cui non inſit ſuum pondus & efficacitas: unde tanqvam divina eloqvia mentem homini admirabili dulcedine & ſuavitate afficiant,

Idem *in Enchirid. p. 45.* Non omnia, qvæ ad finem pertinent, explicitê Sacris literis expreſſa eſſe: qvæ non ob id datæ ſint ut formulam exactam fidei præſcribant & Bellarminus *Lib. 4. de Verb. Dei cap. 3.* In ſcriptura non contineri expreſſe totam doctrinam neceſſariam ſive de fide, ſive de moribus. *Contra* Stapletonus *Jeſuita Præfat. in Evang.* Scriptura ſufficit ad vitam, qvæ unica vitæ æternæ regula eſt: cætera, qvibus non allucet verbum Dei, tam non ſunt neceſſaria

qvàm ſuperflua *Qvin & idem* COSTENUS *pag. 49. l. cit.* Præcipua illa fidei capita quæ omnibus Chriſtianis cognitu neceſſaria ſint, perſpicuè ſacris Apoſtolicis literis comprehenſa eſſe. *atq;* BELLARMINUS *L. 4. de Verbo Dei c. 11.* Dico illa omnia ſcripta eſſe ab Apoſtolis, qvæ ſunt omnibus neceſſaria & qvæ ipſi palam vulgo omnibus prædicarunt.

JACOBUS GRETSERUS *contra Simonem Stenium.* Non injuria prohibetur & arcetur populus à Lectione Scripturæ. Qvid enim rudi vulgo cum ſcriptura. *Contra* CORNELIUS à LAPIDE *Jeſuita Præfat. in Pentateuch. f. 9. ex Euſebio refert.* Chriſtianos primos Alexandrinos ab Aurora in noctem Sacris literis legendis incubuiſſe & ARIAS MONTANUS *præfat. in Majoreth. recenſet:* Qvod multa exemplaria Legis Sacerdotum Manu ſcripta, aut ab illis collata & probata, ad uſum communem tradita fuerint: illi enim Libri omnibus & pueris & ſenibus viris & fœ-

fœminis legendi propoſiti ſunt, ad qvorum normam omnes ſingulorum vitæ rationes inſtitui debuere.

Bellarminus *Lib. 2. de Verbo Dei cap. 10.* Vulgatam latinam verſionem Bibliorum in omnibus lectionibus & diſputationibus pro authentica habendam *contendit; Contra* Maldonatus *Jeſuita Comm. in Matth.* Exiſtimo Latinam noſtram vulgatam eſſe hoc loco ex Græcis corrigendam. *Et* Franciscus Lucæ *in Annot. ad Biblia.* Ridiculum eſt hoc qvorundam reſponſum, Vulgatam Latinam authenticam eſſe, nec eſſe ex Hebræis & Græcis corrigendam.

Bellarminus *Lib. 4. cap. 8. de Not. Eccleſ.* ſucceſſione in Romana Eccleſia ab Apoſtolis deducta uſq; ad nos, veteres, tanqvam argumento evidentiſſimo uſi ſunt ad veram Eccleſiam; *Contra STAPLETONUS Lib. 13. de Princip. 6.* Perſonalem ſucceſſionem nihil moramur, modò do-

ctri-

ctrinam noſtram conſentientem Scripturis oſtendere poſſimus.

ANGLO-RHEMENSES *Annot. in Epheſ. 5.* Si Proteſtantes ullum in ſe Theologiæ ſenſum haberent; nunqvam dicerent, Eccleſiam poſſe à fide deficere, id eſt, à Chriſto ſponſo divortium pati. *Contra* BELLARMINUS *Lib. 3. de Milit. Eccleſ. cap. 3.* Notandum eſt, multos ex noſtris tempus terere; dum probant abſolutê, Eccleſiam non poſſe à fide deficere: nam Proteſtantes id concedunt; ſed dicunt id intelligi de Eccleſia inviſibili.

COSTERUS *Apol. part. 3. cap. 12.* Ut Phlegma, pituita, ſanies, ſaliva, Sangvis abundãs, viventis hominis neqve membra ſunt, neqve partes; & tamen non ſunt extra corpus: Ita impii ad ſuperfluos humores referuntur; qvi ſuo tempore, ubi maturi fuerint, cum ſtercoribus egeruntur. *Contra* BELLARMINUS *Lib. 3. de milit. Eccleſ. cap. 9.* ſi ita eſt, ſeqvitur Pontificem malum non eſſe caput Eccleſiæ: & alios Epiſcopos,

ſi mali ſint, non eſſe capita ſuarum Eccleſiarum: Caput enim non eſt humor aut pilus; ſed membrum & quidem Præcipuum.

BELLARMINUS *Lib. 1. de Pontif. Rom. per tot. contendit:* Quod Petrus primatum ac poteſtatem in reliquos Apoſtolos habuerit. *Contra cap. 9. ejusd. Lib. dicit:* ſummam poteſtatem omnibus Apoſtolis libertatemque datam eſſe.

*Idem* BELMARM. *Lib. 5. cap. 1. & 6. de Pontif. Rom. dicit:* Papam non habere ſummam aliqvam poteſtatem temporalem, jure divino; nec poſſe ullo modo imperare Principibus ſecularibus, nedum eos regno & principatu privare etiamſi illi privari alioqvi mereantur: ſed tamen habere eum hanc poteſtatẽ indirectè, in ordine ad bonũ ſpirituale. Et hoc modo poteſt Reges deponere, regna transferre, & uni aufferre, alteri conferre, tanqvam ſum̃us Pontifex ſpiritualis. *Eqvidem iſta diſtinctio* Sixto V. *tùm temporis Pontifici admodum diſplicuit*

*cuit & parum abfuit, qvin omnia Bellarmini opera cenſura Pontificia abolerentur, ut habet* Barclajus *in Lib. de Poteſt. Papæ cap. 13. Imò Sixtus ipſe in Bulla adverſus Heinricum III. Regem Franciæ hanc limitationem refellit.* Alexander Carerius *quoque JCtus Patavinus Anno clɔ lɔ xcix. duos de Poteſtate Pontificis libros edidit, in qvibus Bellarminum acriter inſectatur, Papamque non ſecus ac Chriſtum, cujus ſit vicarius jure divino & directè, totius orbis dominium omnemqve contendit Poteſtatem habere; Aſt hunc vicisſim refellit* Gretſerus *Jeſuita Lib. 5. Defenſ. Bellarm. cap. 4. & 5. Qvicqvid ſit de hoc certamine Pontificiorum, his ipſorum noſtra fides eſt. Contraria tamen habet* Espenseus *Comment. in Tit. 3.* Apoſtolus docet, credentes omnes mundi poteſtatibus debere eſſe ſubjectos. Sed turbulenti qvidam, mota inter Regnum & ſacerdotium controverſia, mirum eſt, qvot qvantasque turbas dederint. Tot ante hanc camerinam, annorum centuriis, Chryſoſtomus, nihil tale unquã fu-

futurum ſuſpicans, ex Apoſtolo, (omnis anima poteſtatibus ſubjecta ſit:) Omnis, inqvit, ſive Apoſtolus ſive Propheta; ſive Evangeliſta ſive Epiſcopus ſubjectus ſit &c. *Conf. in Comm. ad Tim. cap. 2.*

BELLARMINUS *Lib. de Concil. cap. 4.* Concilium legitimum non eſt, in qvo non præſidet Pontifex; aut alius ejus nomine. *Et cap. 13.* Eſt proprium Pontificis munus, Concilium generale convocare: & hoc eſt in Chriſti nomine congregari. *Contra cap. 5. dicit:* In ſecundo concilio generali omnino non interfuit Pontifex, nec per ſe nec per alium. *Et l. 5. de Concil. c. 19.* In multis conciliis Orientalibus fuit Papa. *Item L. 2. de Rom. Pontif. cap. 17.* In Chalcedonenſi ne per Legatos qvidem.

*Vicißim* BELLARMINUS *Lib. 4. de Not. Eccleſ. cap. 9.* Docuerunt Eunomiani, nemini peccata nocere, modo fidem habeat. Idem Proteſtantes. *Contra* TOLETUS *pariter Cardinalis & Jeſuita Comm. in Joh. 13.*

Af-

Affirmavit Eunomius, fidem ſuffi-cere ad ſalutem; qvamvis mala o-pera adeſſent. Proteſtantes dicunt qvidem ad ſalutem ſufficere: ne-gant tamen fidem illam ſine operi-bus eſſe poſſe.

*Iterum* BELLARMINUS *lib. 3. de Ju-ſtif. cap. 1. & 2. de Certitudine ſalutis ſic habet:* Nos tantum certitudinem Conjecturalem defendimus. *Con-tra* PERERIUS *Jeſuita Comment. ad Rom. 8. n. 27.* Certitudinem Catho-lici eam docent, cui ſubeſſe falſum non poſſit.

BELLARMINUS *Lib. 2. de Juſtif. cap. 2.* nos juſtificari formaliter propter juſtitiam nobis inhærentem, non propter meritum Chriſti, qvod in-hærere non poteſt. *& lib. 1. cap. 2.* Fieri non poſſe ut Juſtitia Chriſti nobis imputetur. *Contra Jeſuita* STAPLETONUS *Lib. 7. de Juſtif. cap. 9.* Catholici aliqvi tenebant, nullum alium eſſe juſtitiæ conſervandæ mo-dum qvam ſi juſtitia Chriſti nobis imputetur. *Et* VEGA *ipſe qvoqve ex*

*hac*

*hac Societate Lib. 7. de Juſtif. cap. 21. & lib. 15. cap. 20. eadem fere habet. Qvin & *BELLARMINUS *Lib. 2. de Juſtif. cap. 1. fatetur :* Albertum Piggium & Autores antididagmatis Colonienſis agnoſcere juſtitiam noſtram nunqvam poſſe eſſe talem ut judicium Dei ſuſtineat ; Ideo neceſſariam eſſe imputationem juſtitiæ Chriſti. *immò cap. 10.* dici Chriſtum juſtitiam noſtram, qvoniam ſatisfecit Patri pro nobis, & eam ſatisfactionem ita nobis donat, & communicat, cum nos juſtificat, ut noſtra ſatisfactio & juſtitia dici poſſit.

BELLARMINUS *in Præfat. Lib. de Beat. Sanct.* Qvis Catholicorum unqvam divinum honorem imaginibus detulit? *Contra Lib. 2. de Eccleſ. Triumph. cap. 21.* ſit hæc noſtra Propoſitio Imagines Chriſti & ſanctorum venerandæ ſunt, non ſolùm per accidens vel impropriè; verùm etiam propriè, ita ut terminetur adoratio in imagine; non ſolùm ut vicem gerit exemplaris. *Item* AZORIUS

*Lib.*

*Lib. 9. Inſtit. cap. 6.* Conſtans eſt Theologorum ſententia, imaginem eodem honore & cultu coli, qvo colitur id, cujus eſt imago.

BELLARMINUS *Lib. 3. de Pontif. Rom. cap. 13.* Antichriſti ſedem fore Jeruſalem, non Romam, veriſſima eſt ſententia; *Contra Collegium Jeſuiticum* ANGLO-RHENENSE *in Annot. 17.* Roma ante finem mundi futura eſt ſedes Antichriſti.

*Iterùm* BELLARMINUS *Lib. 1. de Juſtif. cap. 14.* Falſum eſſe, *dicit*, qvod fides vera nõ poſſit à virtutibus cæteris eſſe disjuncta & cum peccatis Vitiisq; conjuncta. *In Contrarium* VEGA *Lib. 7. ſuper ſeſſ. 6. Conc. Trident. cap. 38. negat* probabile eſſe, ut Deus præclaro fidei dono afficiat peccatorem charitate deſtitutum. *Et ipſe* BELLARMINUS *Lib. 1. de Juſtif. cap. 15. Gregorii ſententiam probat:* eos non veraciter credere, & non habere veram fidem, qvi non bene operantur.

§. 21

§. 21. Neq; tacenda omnino fraus eſt, qva paſſim in allegandis hac in cauſa Patrum teſtimoniis fucum facere Proteſtantibus conantur.

*Hic aliqvorum tantum inductionem inſtituiſſe ſufficiet.* Bellarminus *Lib.1. de Pontif. Rom. cap. 27. Marianum Scotum tanqvam teſtem fide dignum allegat. Sed qvando Marianus loqvitur de tempore, qvo Petrus Romam venerat, non placet ejus teſtimonium Lib.2. de Pont. Rom. c. 5. §. Qvocirca.*

*Viciſſim Lib. 1. de Pontif. Rom. c. 4. teſtimonii Sigeberti Monachi Gemblacenſis citat; Sed lib. 4. de Pontif. Rom. c. 13. §. Habemus igitur &c. Indignum fide aſſerit Conf. eund. de Script. Eccleſ. p. 214.*

Bellarm. *de ſcript. Eccleſ. inqvit: Bernhardus vir planè Apoſtolicus &c. Qvando autem Pontificiis objicitur dictum Bernhardi contra prærogativam B. Mariæ* Salmeron *Reſpondet comm. ad Rom. S. Totam devotionem erga Dei genetricem non conſiſtere in Bernhardo.*

Bellarm. *l. 4. c. 10. de Euch. provocat ad Liturgiam Jacobi; ſed in lib. de ſcriptor. Eccl. eam dicit eſſe ſuppoſititiam. Plura collegit* Robertus Cocus *Anglus in Cenſura Patrum qvam Anno 1623 Londini edid t; Illi verò hactenus nemo Jeſuitarum reſpondere auſus eſt, Eqvidem* Philippus Labbe *Soc. Jeſu in Biblioth. Bibl. Rothomagi Anno ſuperiori excuſa p. 186. ſcribit :* omnibus Catholicam fidem profeſſis has & ſimiles opellas penitùs abjiciendas & in caſtellum Lethes, unde nefas egredi, procul ablegandas, *Verùm, an illud reſpondiſſe ſufficiat, dubitabunt plurimi.*

§. 22. Qvod porro Parienſis Academia in Decreto ſuo dicit, Jeſuiticam Societatem eſſe *Monaſticæ religionis everſivam* qvotidiana docet experientia, adeo ut neqve noſtris & invectivas ſuas Socii, & qverelas ſuas diſſimulent Monachi.

Ba-

BARISONIUS *Jeſuita in Epiſt. ad Venet. Nobilem adoleſcentem, qvi relicta Societate ad ſuos redierat Anno clↄ Iↄc IIX. d. 21. Aprilis Bononiæ data & Anno mox ſeqventi in lucem edita:* QVæ (*ſc. gloria*) etiam in dies magis magisq; augebatur, expectatione illa omnium, qvâ brevi futurum ſperabatur, ut (qvod Patri tuo unicè erat propoſitum) in Fratrum & novitiorum noſtrorum numerum recipereris: egoqve annos meos, cum amabiliſſima hac converſatione tua eſſem finiturus. Sed tu è contra paternorum præcentorum parum memor, & cum ſaluti tuæ, tum voluntati ipſius planè contrarius, dum tantopere à me vituperatæ cucullatorum illorum Religioſorum converſationi (à qvorum tamen vitiis ſalſisqve inſtitutis te ſemper dehortatus fueram) te adjunxiſti, & tanto tempore ab hiſce Scholis ſubduxiſti, omnem fidem & ſpem noſtram in dubium vocaſti, neqve in primis omni ſolatio privaſti.

Didacus Bæza *Tom. 3. Conc. lib. 14. c. 15. §. 4. Patres Societatis tanta librorum multitudine mundum repleverunt, ut qvotqvot numerentur omnium aliarum religionum, ſcriptis Societatis æquari neqveant.*

Jacobus Kellerus *in Cavea Turturis cap. 12. Societas plus cæteris religionibus laborat. In cæteris ordinibus non usqve adeo promti felices & periti animorum medici reperiuntur. Apoſtolici gregis paſtoribus non eſt de aliis vineæ operariis proſpiciendum, ubi Jeſuitarum viget ſangvis ardor & pietas, qvorum ſtudia & ſudores nemo facilè æqvare poteſt, ac propterea Societatis privilegia augeri magis oportet; in qvam convenit, qvod Sauli Regi de Davide dictum fuit: qvis in omnibus ſervis tuis ſic ut David fidelis & pergens ad imperium tuum & glorioſus in domo tua? Et cap. 16. Monachi peregrinationibus cantu & aliis devotionibus populum ad ſua templa attrahunt; Sed qvantis modis potentior eſt Societas? cap. 17. Hæretici tam ex certa majorũ & coævorum relatione, qvàm præſenti oculorum fi-*

*fide ac teſtimonio compertum habent, qvod Bellarminus aſſeruit, gravia & multiplicia & omnibus nota à Regularibus ſive Monachiis Scandala profecta, pauciſſimos piè victuros plurimos ſalutem perdituros. Hæretici maximè in opinione confirmantur, qvod intra ſuarum regionum fines, nihil generoſum & excellens (in Monaſteriis) ſed mei pepones, allia, & naſturtia naſcantur. Societati Jeſu non eſt periculum, ne poſt aliqvot annorum centurias ſibi multum diſſimilis appareat.*

JOH. EUSEB. NIRENBERGIUS *in Lib. de Vita Ignatii, Madriti edito fol. 3. Ignatius fundavit Societatem in tam alto perfectionis gradu, ut ſit omnium ſupremus.*

*In Libello Madriti edito* de zelo S. Ignatii in religione ſua inſtituenda *fol. 38.* Platonis Reſpublica fuit umbra Societatis Jeſu. Qod Socrates & Plato judicarunt ideam eſſe impoſſibilem Reip. bene inſtitutæ, hoc executus fuit Ignatius, ſic tamen, ut præteꝛmitteret mendas ſive imperfectiones, qvas nonnulli in illa Rep.

calumniati ſunt. *Et in Cavea Turturis cap. 10.* Qvando regulares propriam famam ſuis exceſſibus miſerê prodigunt, atqve inſuper ſuos commilitones, præſides, & totum ordinem grandi ſubjiciunt deſpectui, ſtigmate omnino digni ſunt, qvo nominis claritatem amittant.

*In Placida diſceptatione pag. 22.* Si in execratione ſint & male dicto, qvi mutant intentiones fundatorum, qvi Monaſteria condiderunt, neſcio qvomodo ſalvi eſſe valeant, qvi eas nulla Eccleſiæ aut publica neceſſitate mutarunt. Dicent: uſu & conſuetudine ſic fieri ſolet, diſpenſatum eſt. Non repugno. Uſus edendi regulam vicit, intentionem fundatoris mitigavit, diſpenſatio ſuſtulit, & cauſa qvæ?

*Injuſta defenſione p. 22. 23. & 264.* Qvis non videat fundatores, qvidpe qvi nihil aliud ſpectare credendi ſunt, qvàm majorem Dei gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ bonum, ſtatim hujusmodi translationi aſſen-

ſu-

ſuros eſſe, & ſuam voluntatem juſtiſſimè Eccleſiæ Prælatorum judicio ac diſpoſitioni ſubjecturos? Et ſic oportet diſtinguere inter ultimæ voluntatis, ſeu piæ fundationis mutationem & ultimæ voluntatis ſeu fundationis benignam interpretationem ſive æqvitatem. Nam in tali caſu non tollitur teſtatoris aut fundatoris voluntas, ſed in melius commutatur.

*Viciſſim in Placid. Diſcept. p. 20. & ſeq.* Nemo fundatorum conditiones poſuit futuris Pontificibus, ut monaſteria non liceret in alios uſus magis neceſſarios utilesqve Eccleſiæ convertere. Non igitur contra intentionem fundatoris venitur, ſi poſt tot annos in melius mutatur.

*Et p. 23.* Hi enim (*ſc. Monachi*) ita animo comparati eſſe debent, ut ſi ſua ſibi eripiantur, de rapina bonorum gaudeant.

§. 23. Novimus eqvidem, Enthuſiaſmos hanc Societatem jactare.

Joh. Eusebius Nierenberger *in Lib. de Ignatii Vita Matriti edito fol. 83.* Unus præcipuorum finium, qvorum cauſa Societas in hunc modum miſſa fuit, eſt ſtabilimentum puriſſimæ conceptionis B. Virginis ſicut de cœlis revelatum fuit Sancto Fratri Alphonſo Rodericio. *Et fol. 69* B. Virgo ſimul cum duobus Jeſuitis Petro Fabro & Franciſco Strada apparuit Johanni Nunnez de Guzmann, atqve dixit ſi filio meo in tantum ſervire cupis, ut magis non poſſis, iſtos (*nempe Jeſuitas*) ſeqvere. *fol. 11.* Ignatio ſcire deſideranti, ſatisne grata Deo forent, qvæ ipſe commentatus fuerat, B. Virgo apparuit, & approbavit confirmavitqve conſtitutiones ordinis ſui, qvas ſcripſerat, qvod etiam plus vice ſimplici contigit: *fol. 15.* Rationem & modum fundandæ Societatis, ſtatim ab initio converſionis ſuæ Deo docente Manreſa didicit. Eo tempore Deus illi revelavit, qvomodo Societatem condi vellet, & omnia præcipua in-

inſtituti capita, ſigillatim verò qvibus à cæteris Religioſorum ordinibus diſtingvitur, ſicut ipſe Laynez confeſſus eſt. *Tandem fol. 21.* Ignatius Chorum in ordine ſuo non inſtituit, qvoniam ad Dei ſervitium aliter convenire cenſuit, qvemadmodum & divina Majeſtas ei revelaverat.

## §. 24. Et ſe in hominum Converſione artes Diabolicas ſimili arte illudere poſſe;

MAFFEJUS *in vita Ignatii Romæ edital. 3. c. 11.* Ignatius miræ fuit ſolertiæ in ſolicitandis mortalibus & à Diaboli ſervitute ad Chriſti obſeqvium traducendis, ac qvibus artibus Dæmon ad animarum perniciem utitur, easqve ipſe qvod liceret ac fas eſſet ad hominum ſalutem transferebat. Voluntates ac naturas eorum, qvibuscum ageret, feſtinè odorari, amicis ſplendida, avaris utilia, voluptuoſis jucunda proponere & ſuo qvod ajunt hamo, vel eſca qvemqve piſcari.

## §. 25. Sed admodum ſuperbè & falſo Monachis ſeſe præferunt.

ADAM CONZEN *Soc. Jeſ. Lib. 6. Polit. c. 11.* Veteres familiæ Religioſorum priſtinam integritatem rigoremqve receperunt, & indies magis magisqve efflorescunt, magna ſpe meliorum temporum, cum tam ſancta, fortia, Deo ſacratiſſima (*Monachorum*) pectora, caliginoſo ſeculo monſtrent contemnere ſeculi pompas, & ſeſe pro nobis apud Deum interponant.

XAVERIUS *ap.* Horat. Thurſellin. *Lib. 6. Hiſt. c. 12.* Societatis utiqve nomen famamqve non certaminibus de dignitate ſua, ſed conatibus in divina gloria augenda niti oportere Proinde non obtrectatione & ſuperbia cum aliis, ſed comitate & demiſſione certandum eſſe, omniq; tendendum ope, ne dignitatis æmulatio cuiqve nos infeſtos inviſosqve faciat.

§. 26. Etenim ſi Præpoſitis Generalibus Societatis hujus fides habenda ſit, plurima ſunt illa qvæ Jeſuitas deficere ſolent.

FRANCISC. BORGIA *de Med. Conſerv. ſpir. Societ. Anno 1568. in lib. Epiſt. c. 94.* Experientiam docuiſſe, cum non obſervatæ fuerint conſtitutiones in admittendis hominibus ad Societatem; In Societate qvoqve repertos homines ſolidarum virtutum ac ſpiritualium donorum copiis egenos & vacuos.

CLAUDIUS *Inſtr. 10. n. 1. & 2. c. 48.* Qvanqvam multis jam annis in eam curam incumbimus, Provincialesq; Præpoſitos urgemus, ut rei ſpiritualis conſtituant præfectos magiſtros, ipſiqve qvi rei magnitudinem intelligunt, maximopere rem perficere conantur, excuſant tamen idoneorum hominum, qvi totam rem ſuſtinent, inopiam. Nos qvoqve perſæpe multos in eo genere, qvere-

las

las audivimus, idqve multò etiam magis perſpeximus, cum non multò pridem, qvi ſpiritualium rerum ſtatum inſpicerent, Inſpectores per Provincias dimiſiſſemus. Ex qvo apparet, multa & magni momenti in hac ratione deſiderari.

*Ex Lib. Ord. c. 17. de Aptis ad Gubern. ad gubernaculum promotos eſſe* qvi non erant affecti erga res ſpirituales ad orationem cæteramqve cum Domino communicationem; non mortificatas habebant paſſiones; nō erant amici paupertatis; erant ſingulares circa propria commoda &c. *c. 18. de Promov. ad Grad. multos promotos* qvi non erant devoti & orationi dediti, non ſalutis animarum zelatores erant proprii judicii amatores; & in affectibus parùm mortificati, nō profecerant in virtutibus præſertim in ſui contemtu, obedientia, fraterna charitate, paupertatis affectu, amoreqve inſtituti.

P. Mutius *in lit. ad Congr. Prov. c. 446.* In oratione & examine qvotidia-

diano, cæteriſqve ſpiritualibus exercitationibus valdè vereor, ne qvippiam deſideretur, à non paucis. Qvod ſi ægrè etiam cum eorum adjumentorum uſu religioſa vita ſuſtentatur; qvod tandem futurum eſt, ſi ejusmodi exercitationes aut omittantur aut adeo negligenter oſcitanterqve obeantur, ut perinde ſit, ac ſi prætermitterentur? *Et ibid.* Zelus inſuper animarum qvàm refrigeſcit in multis, nimisqve verum eſt, paucis nos eſſe contentos; & à nobis occupationes aſſumi, ac miniſteria ex voluntate potius traducendi tempus, qvam ex ſincero ardentiqve deſiderio & fame ſalutis animarum. Eſt etiam qvi, ſi velit, duorum inſtar eſſe qveat; ſed ne ſibi incommodet, ne unius qvidem partes expleat. Hinc porro fit, ut cui muneri olim ſatis forent qvatuor, ne viginti qvidem, ut ſunt hæc tempora, ſufficiant &c.

*Et iterum* Claudius *in lit. de ferv. Miſſ. Anno* 1594. *c.* 274. Vix ſine do-

lo-

dolore cogitari poſſe qvod in tanta operarum multitudine propter modicum fervorem ſociorum & acerba tolerandi deſiderium elangvidum, fructum illum de miſſionibus, qvem debent, qvem Eccleſiæ neceſſitas & eorum vocatio expoſtulat, non reportent.

*Viciſſim qvoqve* P. MUTIUS VITELLESCUS *in lit. de Orat. &c. Anno 1617. c. 390.* Dolet ac qveritur vulgo Societas de noſtra ſanè qvàm multum imminutum eſſe modeſtia *c.392.* Lex Miſſæ ne dimidiata minùs hora teneat, jam penè dilapſa, eorum qvi præſunt, deſidiam acriter reprehendit.

*Adhuc ſemel* P. CLAUDIUS *in lit. de ſolic. & vigilant. ſuperior. Anno 1604. c. 347. ſeqq.* Neſcio qva ignavia perverſaqve conſvetudine, qvæ parvi fiunt, magno ſanè cum incommodo & noxa contemnuntur, qualia ſunt neglecta ſilentii obſervatio, crebræ confabulationes ſermonesq; rerum novarum, murmurationes & ſuſur-

rationes, literas dandi atqve accipiendi impunitas, prolixa cum fœmiminis colloqvia, inutiles viſitationes & alia id genus; & tamen abhiſce defectibus graviſſima interim damna conſeqvuntur, præfocatur ſpiritus ac devotio, minuitur affectus & obſervantia erga ſuperiores, læditur ædificatio proximi, bonumqve nomen ac fama ſocietatis.

## §. 27. Utpote in Voto obedientia: ſunt enim ſuperbi.

CLAUDIUS *de Tribulat. ad Societ. univ. Anno 1602. d. 29. Julii &* MUTIUS *de Orat. Anno 1617. d. 2. Jan. c. 501. & 400.* Socii ſuperbi ſunt, honoris amantes ac propriæ exiſtimationis; huc ipſi tendunt, ut omnia per eos adminiſtrentur, ex ipſis pendeant univerſa; de ſua ſapientia amplè magnificèqve ſentiunt, cæteros parvi faciunt, & modico in pretio habent.

## §. 28. A ſuperioribus non omnino ſe regi & mitti cupiunt.

Mutius *in lit. ad P. Cong. Prov. An. 1619 in lib. Inſtr. p. 2. c. 29.* Secundum caput, qvod multa nobis & gravia damna minatur, eſt defectus Sanctæ obedientiæ, qui in plerisqve. Non rarò experimur, dum agitur de miniſterio, de loco, aliave re, qvæ minùs arrideat, aut convenire putetur miſeræ illi exiſtimationi.

## §. 29. Rixas inter ſe fovent.

*Id* Mutius *in ead. Epiſt. cap. 439.* Jam verò nollem Patres mei dilectiſſimi ex veritate me poſſe dicere: Ad defectum nos conditio ducit Originis. At excreſcimus & longè lateque diffundimur: agit fere qvisqve perpetuò cum ſuis indigenis: plurimi, neſcio qvo affectu & quaſi Zelotypia ad ſuam reſtringi videntur Provinciam &c. Principio videlicet noſtræ Societatis nullum apparebat diſcrimen collegiorum aut provinciarum, ſed ne qvidem Nationum Regnorum aut Regionum; Nunc tamen negari non

po-

poteſt, qvin ſe prodat in nonnullis, neſcio quis affectus & zelus illius particularis boni, qvod ad ſuas ipſi putent ſpectare provincias, indeqve ſenſim ſine ſenſu minuatur in eis atqve intepeſcat amor communis boni omnium Provinciarum & ſubintret pedetentim, MEUM & TUUM, frigidum illud verbum &c.

## §. 30. Alter alterum injuſte defert.

CLAUDIUS *lib. Induſtr. c. 17. c. 113. in Inſtr.* Detractionis vitium irrepſiſſe in ſocietatem teſtatur MUTIUS *in lit. de Orat. Anno 1617. d. 2. Jan. ad univ. Societ. c. 413. & ſeq.* Ne qvæſo nobis Patres fratresq; blandiamur, non pauci in hoc genere valido freno egent, nemini parcunt, nimia agunt libertate & licentia, non ſine gravi charitatis juſtitiæqve interdum injuria, dum aliena ſeu dicta ſeu facta, nunc amplificata augent, modo ultro citroqve renunciant, nunc in deteriorem partem accipiunt: ad motus animi atqve conſilia

Deo

Deo reſervata dijudicanda progrediuntur; Haud ſcio an dicendum ſit, neqve res geſtas unqvam, neq; per ſomnium qvidem oblatas comminiſcuntur & jactant.

## §. 31. Et ita Mendaciis aſſueſcunt.

P. Claudius *in lib. Induſtr. Anno 1600. in fin. c. 17. qvod inſcribitur:* Perturbatio pacis & ſeminatio diſcordiarum & jurgiorum *in Decr. c. 107. n. 3.* Evertunt pacem, animorum tranqvillitatem, obedientiam & miniſteria etiam, ac fructum in proximis opinione noſtrorum, qvoqvo pacto diminuta non leviter impediunt. Nec ſolum eo tempore qvo loqvuntur, & iis perſonis, cum qvibus agunt, nocent: ſed lædunt plurimos etiam abſentes, & poſt multos años, qvia rumores & ſuſpiciones in alios nec alios derivantur; nec in ea domo, ubi qvis eſt, tantum ejus amori & opinioni detrahitur, ſed manat per Provinciam, imò per Provincias, ubi poſt multos annos longiſſimê

po-

potius inveniat ille a ſe abalienatos animos eorum, qvibus nec nocuit unqvam, neqve convixit. Qvod ſi obedientia iſtum præfecerit, miſeri ſubditi ex præjudicio, & ſiniſtra illa opinione & conqveruntur ipſi, & torqvent ſuperiorem, ut nec fiducia, nec reverentia nec amor in iis locum habere poſſit &c.

§. 32. Porro qvod Caſtitatis votum concernit in Libris obſcœnis legendis aſſidui ſunt.

P. Mutius Vitellescus *in lib. de Orat. Anno 1617. c. 400.* Hic ego optarim, ut qvi pro ſingulari Domini bonitate præcipuis in Societatis filiis erga cœleſtem hanc (*ſc. Caſtimoniæ*) viget animi ſenſus, excuteret de eorum manibus, ſeu manus potius colligaret, ne genus neſcio, qvod librorum vel attingerent qvidem, è qvibus nunqvam doctrinæ tantum accedet, qvantum ut caſtimoniæ decedat in proclivi eſt, cum eam

eam ob cauſam ne Domi qvidem habendos Conſtitutiones noſtræ doceant. *Conſ. p. 3. c. 1. §. 14. L. M.*

§. 33. Paupertatis verò votum, qvod ordinibus in initiis primis tantummodo proprium eſſe ſolet in hac qvoqve Societate penitus obliteratum eſt.

P. Mutius *in lit. ad Patr. Congr. Provinc. Anno 1619. c. 445.* De Paupertate aliqvid etiam dicendum eſſet, nec enim dubium qvin ea relaxetur, indeqve debilitetur noſtræ religionis munus. Et revera non ſe produnt in nobis ea grati animi teneriqve amoris ſigna, qvæ huic virtuti, qvam matrem agnoſcimus, jure debentur.

Borgia *in lit. de Med. Conſerv. ſpirit. ſoc. Ann. 1569. c. 53. & ſeq.* Nam ſi alia intentione procedatur, qvàm qvæ à noſtris conſtitutionibus reqviritur, certiſſimæ ruinæ porta aperietur. Sanê ſi nulla habita ratione

vo-

vocationis & ſpiritus, qvo qvisqve impulſus accedit, literas modò ſpectamus, & alia exteriora talenta ac dona, veniet tempus, qvo ſe Societas multis qvidem hominibus abundantem, ſed ſpiritu & virtute deſtitutam mærens intuebitur: unde exiſtet ambitio, & ſe efferet ſolutis habenis ſuperbia, nec à qvo contineatur & ſupprimatur habebit. Qvippe ſi animum converterint ad opes & cognationes, quas habent, intelligent ipſi, ſe qvidem propinqvis & opibus affluentes: ſed ſolidarum virtutum ac ſpiritualium donorum copiis egenos ac vacuos. Itaqve hoc primum eſto conſilium, & in capite libri ſcribatur, nec tandem aliqvando experientia docet, atqve utinam nondum docuiſſet, qvod mens demonſtratione concludit.

*Iterum* P. MUTIUS *in lit. de Orat. Anno 1617. d. 2. Jan.* Patris Borgiæ, ſanctæ memoriæ conqveſtio illa ceſſabit: Qvàm multi veniunt ad nos,

ut fiant meliores! *nimirum, ut dicebatur in proxime præcedentibus:* ſi ad vitam melius inſtituendam nos cohortabimur.

§. 34. Nimiùm enim donationibus inhiant, qvos Eleemoſynarum titulo ſolent decorare.

Franciscus Borgia *Anno 1569. in lib. Epiſt. c. 64.* Multa collegia dum ſtudio nimio procurandæ dotationis varios modos exqviſiverunt, aliis potius negotium faceſſiſſe, qvàm exemplo ædificationiqve fuiſſe.

P. Mutius *in lit. ad ſuper. An. 1617. c. 432.* Intelligant importunitate aliqvorum in cordis rogandis eleemoſynis atqve nimietate, Dei obſequium maximoperè interpellari, noſtrasque functiones qvàm deſpicaciſſimas reddi; ut ſi Societatis munera una, qvod ajunt, manu, ſeculares alliciunt, centenis hæc immoderatio manibus eosdem amandet.

§. 35. Inde tot extruunt collegia.

*Ex Interrog. pro elect. Qvarti General. Anno 1573. in lib. Dec. Congr. Gener. c. 166.* Societatem ita gravatam & oppreſſam multitudine Collegiorum, ut ſatisfacere oneribus ſuſceptis non poſſet.

*Congr. IIItia Ann. eod. Decr. l. 9. c. 176. & ſeq. commendavit General. Decr. 11.* ut poſt electionem potius applicaret animum ad roboranda & ad perfectionem adducenda collegia jam admiſſa, qvàm ad nova admittenda. *& dec. 20.* qvandoqvidem ex multitudine collegiorum magna incommoda oriri experientia docuerat.

## §. 36. Eaqve ſatis ſplendida.

Borgia *in lit. de med. conſpir. Soc. c. 63. & ſeq.* Illudqve imprimis ſollicitos nos tenere debet, ne religionis aut zeli ſpecie, dum collegia ſtabilire aut domibus volumus adjumento eſſe, ſubeat animum ſolicitudo immoderatior, propenſioqve cupidior, qvàm probari poſſit hominibus externis & ſecularibus, atqve

adeo

adeo domeſticis ipſis dolorem afferat & mœrorem. Nam cum curam vehementiorem habendi prohibitam, nobis in Evangelio eſſe ſciamus, illud omni contentione vitandum eſt, ne prætextu zeli alicujus minuatur in nobis noſtræ recordatio paupertatis, ac ſubintret cupiditas bonorum temporalium, qvæ certiſſima peſtis eſt religionum earum, qvæ aditum penitus hujusmodi perverſis affectibus non occluſerunt.

*Gregorius XIII. Romæ totam Inſulam Societati tradidit, ubi magnificum collegium, cujus ædificationi ipſe Papa xxv. auri tonnas impendit, exſtruxerunt. Nec facilè aſſerente Philippo Marnixio, ædificium aliqvis monſtraverit, qvod ſplendidiſſimo Collegio à Wilhelmo Bavariæ Duce Monachii in gratiam Societatis extructo, æqviparari qveat. Apex ſumtuoſiſſimis imaginibus ex ære & marmore decoratus viſitur: intus verò auro & argento, ebore, cryſtallo & gemmis ſic cuncta radiant, ut omnibus Palatiis regiis antefer-*

*ferri jure debeat. Poſnaniæ, Jaroslaviæ & Lublini in Polonia ſummis præſidiis munitiſſimas arces exſtruxerunt, ut non docere pueros, ſed bellum gerere velle videantur.*

§. 37. Ecqvid mirum? Non omnino renũciaſſe ſeculo videntur: ſed vitam jucundam ſectari.

P. MUTIUS *in lit. ad Provinc. Ann. 1619. c. 446.* Inter privatos creſcunt vitæ commoditates atqve indies curantur impenſius. Faxit Deus, ne præcipua ejus rei cauſa tribuatur nostro ſuperiorum exemplo; nos tum enim plerumqve in eo delinqvimus, fruſtraqve à ſubditis emendationem reqvirimus, & nos eam primi non exhibemus. *c. 448.* In recreationibus, in vineis atqve oblectamentis, negari non poteſt, qvin appareat exceſſus multaqve ſuperfluitas.

*Ex lib. Decret. Congreg. Gener. Anno 1608. Congr. 6. dec. 6. & 38. c. 343. ſeqq.*

Parum religioſè transactum fuiſſe recreationis tempus, ideoqve ſeriò actum fuiſſe in ſexta congregatione de moderanda contrahendaqve recreatione, ob plurima qvæ numerabantur incommoda, qvæ religioſam vivendi rationem dedecent.

Claudius *in lit. ad ſuper. An. 1604. d. 20. Aug. cap. 347. & ſeq.* Diſciplina enervatur, & religionis facies ac nitor obducitur, dum neſcio qva ignavia perverſaqve conſvetudine qvæ parvi fiunt, magno ſanè cum incommodo, & noxa contemnuntur, qvalia ſunt neglecti ſilentii obſervatio, crebræ confabulationes, ſermonesqve rerum novarum, murmurationes & ſuſurrationes, literas dandi atqve accipiendi impunitas, prolixa cum fœminis colloqvia, inutiles viſitationes & alia id genus.

§. 38. Et implicare ſe negotiis ſecularibus.

Claudius *in Inſtruct. par. 2. c. 28.* Advigilent ſuperiores, ut in recreatio-

tione non ſolùm extermінentur ob-murmurationes; ſed explodantur etiam rerum novarum narrationes, libertasqve & ſecularitas indecora. *Idem in lit. de felici Progreſſu Societ. Anno 1581. c. 103. & ſeq.* Curandum imprimis eſt, ut omnes de medio tollantur occaſiones, quæ noſtrum curſum impedire & retardare poſſint, cujusmodi ſunt ſecularia præcipuè negotia, quæ hominem verê qvaſi in alienam ſpeciem ac perſonam transformant. *& in lit. de med. ad Conſ. Soc. Ann. 1587. c. 196.* Rectores Societatis ita rerum temporalium ſollicitudine gravatos, atqve oppreſſos, ut vix reſpirent. *In lit. de renov. ſpiritus Anno 1600.* Sed illud mihi exploratum eſt, hanc divinam protectionem, ejusqve præſidia, vix plus audeo, ne vix qvidem eos ſibi polliceri poſſe, qui egreſſi limites & cancellos, inſtituti, nec ſibi pro continuis diſtractionibus, nec proximis per ſpiritualia adjumenta intendunt: ſed eorum communicatio

 cum

cum externis extra gratiam vocationis eſt, & ſecularis potius, magisq; finibus & adinventionibus illorum accommodata, quibuscum agunt, qvàm Dei lucris, & finis religionis noſtræ, qvi ſola animarum ſalus & gloria Dei.

MUTIUS *in lit. ad Prov. Ann. 1619. c. 443.* Imò qvod eſt dolendum magis, non deeſt, qui ut eò, quò intendit perveniat, Patronos & interceſſores, tam intra qvàm extra Societatem perquirat, majori cum jactura boni nominis, gravioriq; offenſione, tum domi, tum foris: quàm facilè credat, qvi hæc molitur. *Ibid.* In ſe recipiunt eorum officiorum ac negotiorum tractationem, qvæ ſunt à Societatis corpore penitus abhorrentia, & ab ejusdem inſtituto aliena: Id verò, ut illi aſſeqvantur, inſinuant ſe in amicitias Principum, eorum adhibent favorem, iis ſe tuentur.

*Ex lib. Decret. General. Ann. 1594. Congr. 5. dec. 48. c. 307.* Non raro à non-

nonnullis errari, præſertim verò à ſuperioribus, qui permittunt ſocios occupari negotiis ſecularibus.

*Ex lib. Induſtriar. P. Claudii c. 15. c. 97.* Secularitatem & aulicismum inſinuantem in familiaritates & gratiam externorum paulatim ſubintraſſe ſpecie quidem lucri faciendi Principes, Prælatos, Magnates, &c. ſed revera Socios interdum qvæſiviſſe ſe ipſos, & paulatim ad ſecularia deflexiſſe.

*Viciſſim Epiſt.* CLAUDII *ad Provinc. Anno 1587. d. 28. Martii c. 220.* Quod maximè non ſtuduerint Socii, ne ullam ex parte ſua cauſam non præberent, dum vel cupiditatio & avaritiæ nutum non effugerunt, vel aliquam occaſionem præſtiterunt, ut Societatis homines ſuperbos aut arrogantes vel negotiorum ſecularium cupidos eſſe putarent, quique in Principum aulas, & in omnia loca, & omnia negotia ſe ultrò ingererent.

## §. 39. Politici enim ſunt.

MUTIUS *in lit. ad ſuper c. 408.* Ita feram illam immanemque belluam, quam Politicam appellamus, Domo exterminabimus; Quæ vocibus quidem omnium proripere ſe jubentium clamoribusq; configitur, noſtras tamen in inſidiis obſidet perpetuò fores. Atque utinam ne ad noſtram interdum perniciem etiam irrumpat. *& c. 433.* Sedulò invigilent, ne quicquid Domi geritur, ſecularibus in aures inſuſurrent, nec magno illorum profectu, nec maxima Societatis æſtimatione; ne tam multæ nullius neceſſitatis aut utilitatis Epiſtolæ, neque ſive res ipſas ſive rationem eloquendi ſpectes, pro more ſatis religioſe ſcribantur.

## §. 40. Verbo. Ut morum ſingularium ſunt Socii.

P. MUTIUS VITELLESCUS *in lit. ad ſuper. c. 432.* Qvartò nonnullorum ex Societate ſententiæ in rebus præſertim ad mores ſpectantibus, plus nimio liberæ, non modò periculum

eſt, ne ipſam evertant, ſed ne etiam Eccleſiæ Dei univerſæ inſignia afferant detrimenta.

§. 41. Ita & doctrinæ: Relicto enim Thoma, Scotum hodie ſeqvuntur plurimi, ut ex eorum Philoſophia & Theologia Scholaſtica ſatis liqvet.

*Sed in Reg. Provinc. 9. §. 2.* Illud autem imprimis meminerit, non eſſe ad cathedras Theologicas promovendos, niſi qvi erga Thomam bene affecti fuerint. *Reg. 16.* Si qvi autem fuerint ad novitates proni, aut ingenii nimis liberi, hi à docendi munere ſine dubio removendi. *In Reg. 2. Prof. Theol.* Seqvantur omnino noſtri in Scholaſtica Theologia doctrinam S. Thomæ, eumque ut Doctorem proprium habeant. *Reg. 13.* defendat opinionem S. Thomæ, ut dictum eſt, vel qvæſtionem ipſam omittat.

§. 42. Qvicqvid autem do-

ceant, qvicqvid agant qvia Pontifici Romano ejusqve Autoritati augendæ & evehendæ fidelem præſtant operam, reliqvis etiam Ordinibus facilè præferuntur.

BARISONIUS *in ead. Epiſt.* At nos à choro à proceſſionibus ab exeqviis liberi & immunes, veluti ſimplices Sacerdotes, ſeculari quadam libertate gaudentes, omnes operationes noſtras ad ea ſtudia dirigimus qvæ homines circumſpectos & admirandos reddere, atqve inſuper etiam Sanctam ſedem Romanam valde exaltare & magis magisqve illuſtrare qveant. Qvamobrem etiam digni ab ea ſumus judicati, ut qvemadmodum veteribus illis religionum ordinibus, propter exiguam, qvàm habent, ſedis ipſius evehendæ aptitudinem, qvotidie privilegia & indulta aufferuntur, ita nobis è contra, veluti utiliſſimis ejus miniſtris ſingulis ferè

horis ea dilatentur & augeantur.

§. 43. Qvamobrem & ipſi Jeſuitæ immunes ſunt ab errore, abſoluti à peccatis, ſi Papam evehere ſibi propoſuerint.

*Idem* BARISONIUS *in Epiſt. cit. ante mod.* Unde pro errore habendum non eſt, loqvi aut tractare contradictoria; & cognatorum ac civium animos disjungere: Dummodo id totum ad utilitatem cedat Eccleſiæ, & ſanctæ ſedis; in cujus ſervitio & magnitudine, vera pietas ſummaq; religio conſiſtit.

§. 44. Neqve deſunt vocationi & officio ſuo: namq; & fidei articulorum Authorem & ſupra Apoſtolos Romanum Pontificem conſtituunt.

BELLARM. *Lib. 4. de Pontif. Rom. cap. 2.* Deum non permittere ut papa qvicqvam temere definiat.

COSTERUS *in Enchirid. cap. 3. p. 131.* Chriſtus igitur ſumma ſapientia & charitate unum judicavit in Eccleſia conſtituendum hominem, cui ſic ſuam præſentiam ſanctiqve ſpiritus gratiam addiceret, ut de qvæſtionibus fidei & religionis decernens nunqvam erraret. *Quæ certè verba θεοπνευςίαν qvandam important, in qvam fides noſtra ultimò tanqvam in rationem credendi infallibilem reſolvantur.*

*In Libro Jeſuitico cui Titulus* CONCERTATIO *Eccleſiæ Catholicæ Treviris Anno* cIↄ Iↄ *LXXXIII. excuſo hæc expreſſa verba habentur:* Pontificis Autoritatem eſſe articulum fidei.

*Verùm ſi hæc cauſa eſt genuina Eminentiæ Jeſuitarum, neqve Monachi, non minus devote Papam colentes, negligendi forent:*

ABBAS PANORMITANUS *Extra de Conſtit. cap. ſeqventia* JOHANNIS PARISIENSIS *in Lib. de Poteſt. Regia & Papali refert:* Omne factum ſanctiſſimi Patris interpretari debemus in bonum; Et ſi qvidem fuerit fur-

tum

tum vel aliud ex ſe malum, interpretari debemus, qvod divino inſtituto fiat.

JOHANN BERTACH *in Repert. p. 4. ſtatuit*, Pontificem contra Decalogi præcepta diſpenſare poſſe.

JOHANNES CAMPISTRANUS *Monachus, in lib. de Papæ & Concil. Auth.* In omnibus & per omnia dicere poteſt & facere, quicquid placet, qvia non eſt, qvi ei dicere poteſt, cur ita facis? *Item:* Apud Deum & Papam ſufficit pro ratione voluntas.

SYLVESTER PRIERIAS *in Epit. Reſp. ad Luth.* Doctrinam Pontificiæ Eccleſiæ & Pontificis Romani, eſſe Regulam fidei infallibilem: à qvo Pontifice etiam robur trahat aut traxerit Scriptura: & qvi hoc non credit hæreticum eſſe.

CAROLUS RUINUS *etiam Conſil. 109. n. 1. vol. 5. ſcribit.* QVOD Papa ſtatuere poſſit contra Epiſtolas Pauli. *Pariter* ANTONIUS de ROSELLIS. *in Tract. de Conciliis tradit:* Papam eſſe majorem Paulo. *Et* ROTA *deciſ. 1.*

*num.* 3. *cum* ANTONIO MARIA *Addit. ad deciſ. Rotæ novas de Bigamis num.* 9.
QVod Papæ poteſtas ſit major Apoſtolo, & qvod poſſit dictis Apoſtolicis derogare.

§. 45. Primum itaq; , qvod, ex hoc Pontificiæ Sedis Patrocinio adepti ſunt Jeſuitæ, illud eſt, qvod ferè nulli extra hanc Societatem conſtituto ſalus contingat.

BARISONIUS *in fine Epiſt.* Recordare te mortalem eſſe, & extra hunc Societatis noſtræ numerum paucos aut fortè neminem ſalvari. *Periclitabitur fortan & ipſius Papæ ſalus, & omnium ante Lojolam.*

§. 46. Secundum, qvod in maximo honore & ſuavi otio Fratres hujus ſocietatis degant.

BARISONIUS *in Epiſt. ſæpius alleg.* Tantum enim abeſt, ut qvicqvam inde damni metuendum ſit, ut plus etiam lucri, qvàm ulli hominum è

qva-

qvalibet civitate aut etiam alia congregatione civili poſſit contingere, hinc ſperare liceat. Religioſus enim ſi univerſim conſideres, præterqvam qvod ſacrorum miniſteriorum exercitio, re profectò qvovis prætioſiſſimo theſauro venerabiliori, occupatur, absqve labore vivit, cultus honoratus ab omnibus, tam in ceremoniis publicis qvam privatis. *Et aliqvantò poſt:* Optarem ſaltem tanto te tempore nobis videndum præberes, qvantum ſufficiat ad detegendum, qvæ commoda & qvæ ſuavitas ſubrigido ſed ſancto illo religionis zelo reperiatur; ſingulariter verò honores & voluptates, qvas in humilitate iſta, & vitæ exterioris abjectione, filii domuum & collegiorum noſtrorum percipiunt.

§. 47. Tertium, qvod divitiis abundent, & ſub ſpecie juſſi zeli affectibus liberè indulgere poſſint.

Barisonius *viciſſim l. c.* Domus atqve Collegia nihil aliud ſunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0160-9

qvàm tabernæ ſanctiſſimæ cujusdam uſuræ, in qvibus is, cui initiandi facta fuerit poteſtas, modum inveniat, omnem affectum absqve ſcandalis evomendi, & ſine ſorte ulla maximas commoditates non mediocribus cum divitiis acqvirendi, qvas invicem poſſidere, iisqve uti-frui qveamus.

§. 48. Hanc in rem ſingulari prudentia Jeſuitæ in Confeſſionibus audiendis, aliter divites, aliter verò pauperes tractare ſolent.

*Idem* BARISONIUS *in med. Epiſt.* Et has & omnes alias operationes noſtras cum myſterio peragimus: Qvandoqvidem in pauperem plebeculam, non ea cadit peccatorum qvalitas, aut gravitas caſuum, ad qvorum reſolutionem opus ſit ſingulari & exacto intellectu, aut diſcurſus profunditate: ſed delicta illa, vulgares qvidam errores ſunt & conſueti: qvibus cum à qvovis

fra-

frâterculo ſatisfieri poſſit; Ingratum ſanè divinæ majeſtati fuerit, ſi elaboratæ operæ noſtræ in his inutiliter conſumerentur. Et qvamvis confitentibus nobis aſperos nos atqve ſeveros exhibeamns: tamen hoc non ad repellendos eos fit; ſed ut ordinariorum ſive conſuetorum peccatorum pertæſi, à gravioribus abſtineant. Id qvod divitibus non uſu venit; qvi ob facultatum & negotiorum publicorum, in qvibus verſantur, tractationem multis ſcrupulis & dubitationibus periculoſis ſunt ſuppoſiti: ideoqve in magnam animarum ipſorum utilitatem vergit; ſi à viris doctis & ſapientibus prout ſunt Patres noſtri, examinentur, & corrigantur. Qvâ de cauſa libenter eos ad Eccleſias noſtras recipimus, & leniter tractamus, ne ad deſperationem adigantur; ſed potiùs, ut ex opibus illis, qvæ ipſis peccandi cauſam præbuerunt, largas Eleemoſynas domibus & Eccleſiis noſtris facientes & cœlum lucran-

crantes, à via, qvæ eos ad infernum ductura erat, declinent.

§. 49. Perſuadent etiam Morituris parentibus opus Deo gratum, atqve æternæ ſalutis meritorium fore, ſi exhæredaverint Liberos & conſangvineos, bona verò ſua legaverint Societati.

BARISONIUS *in Victa Ep. ante med.* Cœterum re totâ, prout decet conſiderata, liqvet: Pro peccato iſtud neqvaqvam, haberi poſſe; ſed veram demum pietatem eſſe, qvæ in Catholicæ Romanæ Eccleſiæ commodum, animarumqve ei devotarum ſervitium reſultat. Imprimis enim non inconveniens eſt, ut Pater propriæ ſalutis gratia filium & cognatus cognatum hæreditate privet: eò qvod ex Evangelica doctrina, qvilibet animæ ſuæ magis, qvàm Patri, matri aut liberis ſit obligatus.

§. 50. Magis itaqve iſta Societas ad deſtructionem pietatis qvàm ad ædificationem faciet, ſicut probè Academia Pariſienſis conjectatur; Principalem ejus finem ſi ſpectemus, eſt: qvovis Stratagemate, vi tandem, Evangelicos eliminare.

*Ita enim Jeſuitæ* COLONIENSES *in Cenſurâ ſua:* Niſi Lutherana religio ferro & igne tollatur; Eccleſia Romana pacem & tranqvillitatem habere non poteſt.

ANTONIUS POSSEVINUS *Jeſuitarum per Germaniam Inqviſitor, in libello, qvem inſcripſit* Miles Chriſtianus *cum Pius V. exercitum in Galliam mitteret ædito præcipit:* Omnes Chriſtianos jure obligatos, ut Romanam religionem contra Evangelicam doctrinam, totis viribus & proprii ſangvinis effuſione tueantur: Pacem & publicum bonum in Eccleſia con-

ſer-

ſervari non poſſe *affirmans* niſi hoſtes ejus exterminentur. *Qvibus addit:* Niſi expuleritis eos, patriam, uxores, liberos parentes, amicos & opes in tuto poſſidere non poteritis. *Tandem adhortatur duces illius exercitus:* ut nihil omnino Hæreticis permittant, nec fidem datam ſervent, Inqviſitores clandeſtinos in eos ſubornent, domeſtica & inteſtina bella inter illos excitari curent: Proditores ac ſicarios omnibus locis contra illos inſtituant: Duces aliter facientes Eccleſiam Romanam peccare, inexcuſabiles reddi, & damnari *aſſerens.*

BADERUS *Provincialis Landſpergiæ:* In urbe Auguſta noſtri pacem non ſunt habituri, niſi curaverimus Evangelicos Concionatores ejici ac tolli. *Item.* Noſtrorum Conſiliis Evangelici concionatores Viennâ expulſi ſunt, ideo etiam noſtri jam ibi in pace docent, & rebus pro animi votis potiuntur.

JACOBUS CRUSIUS *Novitiorum*

*Landſpergenſium Rector*: Non potiſſimum in hunc finem in Germaniam miſſi ſumus, ut doctores, Concionatores & Præceptores in Scholis ac templis agamus; ſed ut operam demus, ne Lutherani & Evangelici Proteſtantes majora incrementa ſumant, ſed exſcindantur.

§. 51. Hoc eò facilius præſtant, qvia dominantur animis ſuorum, ut ad qvemvis nutum præſtò ſint illis obſeqvia.

BARISIONIUS *in Epiſt. ſæpius dicta*: Ex qvorum unoatqve altero, maximam utilitatem &non exiguam exiſtimationem referes. Quandoquidem à viris, à mulieribus, à populo & magnatibus ipſis coleris & ſublevaberis: nec qvicqvam tibi in mentem veniet, qvod non illicò, qvam primum fuerit reſcitum, promiſſuri tibi ſint ac donaturi. Tibi privatorum ædes apertæ erunt: Tecum de maximis rebus civitatis conſultabitur: Te ſecretorum ſuorum

qvilibet faciet participem: & qvando animum ad hoc, prout decet, applicueris, extrinſeca illa pietatis umbra ſimplicis multitudinis opinionem attrahendo, pro arbitrio tuo ex Magiſtro aut Prædicatore, non qvidem ſpecie-tenus; ſed re-ipſa imperator & Monarcha fies, & non ſolum tibi ipſi commodum & honores conciliabis: verùm etiam gloria ita auctus, Societates noſtras illuſtriores & ditiores reddere poteris: ſicut multis Patribus in Polonia, Transſylvania, Auſtria, Bavaria, Hiſpania atqve aliis in locis uſu venit: qvinimo ipſis etiam Indiis, ubi nova vinea Chriſti, maxima Societati noſtræ Monarchia, erecta eſt & plantata. *Et non multo poſt:* Sicut ipſemet qvoqve cum ſolenniter profeſſus, à turba aliorum, qvi ſimplici tantùm voto adſtricti ſunt te ſubtraxeris, & abſoluti illius Imperii, atq; autoritatis Primatuum noſtrorum & exinde etiam cultus atqve obſeqvii particeps fueris factus, re ipſa cognoſces. §. 52.

§. 52. Magiſtratuum etiam corda flectere norunt, ut qvò libuerit inclinare illa, potentiſſimi ſint.

*Iterum* BARISONIUS *ante med. Epiſt.* Inde nos ipſius ſedis miniſtri facti confidentiſſimi, & graviſſimorum ſecretorum ejus conſcii, id, qvod in commodum noſtrum cedit, Pontificibus perſuademus; omnes, qvi ad functiones aut Prælaturas adſpirant, neceſſitate obſtringentes, ut ad interceſſionem noſtram confugiant. Atqve hoc Pontificio miniſterio inſigniti, & excitatâ in nos mundi opinione, in civitates, regna, & ipſorum Principum corda penetramus. Ita fit, ut cum hi dominum ſuper vitam & bona ſubditorum teneant; Nos ex permiſſione divina, poſſeſſionem voluntatis, cum Principum tum ſubditorum occupemus. Et qvemadmodum ſancta fides, ubi-ubi innotuerat, maximos faciebat progreſſus: ita & nos ubi-

cur-

cunqve agimus, ſub nomine Jeſu, inſenſibiliter tale obſeqvium acqvirimus; ut poſtea in Principum poteſtate non ſit, inde nos depellere. Cui rei fidem facere poteſt ampliſſimum & potentiſſimum Galliæ regnum, ſuis illis turbis noviſſimis. *Et viciſſim:* Rectores in qvavis materia qvàm maximè verſati nobis definiunt, qvomodo viris & mulieribus, viduis aut maritatis, obſequium & beneficentia erga collegia, & particulatim etiam erga nos ipſos debeat perſuaderi; qvomodo itidem Paradyſi iter ingrediendum ſit, ac qvâ ratione principum gratiæ qvis inſinuetur, qvibus mediis voluntas eorum captetur, & qvibus in poſſeſſionem animi & opinionis populorum perveniatur? *Nec patiuntur huic obſtare praxi, qvod Cardinalis & Jeſuita* FRANC. TOLETUS *Lib. 1, Inſtit. Sacerd. cap. 40. ſcriptum reliqvit:* Religioſum Principum aulas ſectantem, qvamvis id cum conſenſu ſuperioris ſui fiat, excommunicatum eſſe.

§. 53.

§. 53. Summum adeoqve imperium ipſi adminiſtrant Jeſuitæ, ipſi tenent Regna aut Principum Sceptra, & regiminis ſpeciem pro lubitu formant.

Barisonius *in allata Ep. ante med.* Qvocirca perqvam mihi gratum foret, ſi exactam informationem illius, qvod ſcribo, curioſus apprehenderes: ſic enim deprehenſurus eſſes, Provincias Ferdinando Archi-Duci ſubjectas, ſupremâ inſpectione Societatis noſtræ regi, & vel inde felices eſſe, qvòd omnia Patrum conſiliis gerantur; ſive de dignitate & magiſtratibus conferendis, ſive de belli etiam apparatu tractetur. In Bavariâ qvoqve omnia Patrum noſtrorum prudentiâ gubernantur. Ipſaqve Transſylvania à ſolo adminiſtrata fuit Patre Carrigliâ: qvi Deo inſerviendo curavit, ut Imperatoris manui & poteſtati ea ſubjiceretur. Nonne Galliam & Regem

ipſum Pater Cotto inpræſentiarum gubernat? Et in Poloniâ, non obſtante paucorum ſatis Chriſtianorum tergiverſatione, Rex ſanctitatis noſtræ ſpiritu atqve inſtinctu vivit? In Hiſpaniâ, Luſitaniâ, Belgio, Italiâ & Sicilia, cui ignotæ ſunt divitiæ & Authoritas, qvâ pollemus? ſed qvid de patre Perſonio dicam? qvi Romæ agens, plus authoritatis habet in Anglia qvàm Rex ipſe: nec Comes ibi eſt, Marchio aut Prælatus Catholicus; qvin pro ſuperintendente aut gubernatore Conſcientiæ ſuæ, aliqvem ex Societate noſtra habent. Ac, ut ſummatim concludam, Generalis noſter, ſicut manifeſtum eſt omnibus, Romam regit & Pontificatum.

§. 54. Qvin & Pontifici maximo conſulunt, præſcribunt, leges ferunt, imperant.

*Idem* BARISONIUS *mox ſubjicit:* Nec verò propter votum illud, veluti legati tenemus; aut qvicqvam im-

imminuitur libertas, aut præeminẽtia noſtra: Qvinimò ob concitatũ in nos omnium timorem & exiſtimationem, non dubitamus qvandoqꝫ pro majori ſecuritate, etiam adverſus ipſos Pontifices, ex religionis zelo, calamos & lingvam ſtringere: ſingulariter verò ſi emolumentum Magnatum qvorundam', qvorum in nos beneficia conſtant, interveniat. E contra nemo eſt, qvi adverſus nos, Authoritatem Pontificiam regentes, qvicqvam proferre auſit.

## §. 55. Ut placuerit, Bellum & Pacem ſuis nobisqve inferunt & afferunt.

BARISONIUS (*loco alleg. paulo ante verba adducta*: Qvapropter Arbitri ſæpenumero contentionum, non tantùm inter Principem & Principem, verùm etiam inter Dominos & Vaſallos conſtituti, lubitu noſtro & bellum & pacem Mundo apportamus.)

§. 56. Etiam qvando Contritis Mentibus pacem annunciare debent, iisdem ad jaculanda ignita Martis fulmina calcar addunt.

Treshamus *lib. de Offic. Princip.* Si qvis Hæreticum favore proſeqvatur, ipſo facto regnum amittit. & *cap. 3.* Princeps indulgendo Hæreticis, non ſolùm Deum offendit, ſed perdit regnum & gentem.

Barisonius *poſt med. Epiſt.* Modus profectò ſalutaris, & à Deo ad exaltationem fidei ſuæ, nobis revelatus: cum qvo detectis etiam animis reſolutis & fortibus, multoties eos, mediante Camera Meditationum noſtrarum (qvarum Secreta revelare non eſt licitum) ad internecionem hæreticorum & inobedientium inimicorum Sanctæ ſedis Romanæ, conſultò exſtimulavimus: & qvidem non privatorum tantum; verùm etiam Magnorum Principum & Regum: heroicis i-

ſtis

ſtis factis boni illius Ahodi, de qvo in Sacra Scriptura legitur, figuram repræſentantes; & immortali cum laude congregationis noſtræ, ſedes Paradyſi Sanctis atqve Martyribus complentes. Cui rei teſtimonio eſſe qveunt multæ effigies, qvæ variis typis æneis paſſim videntur impreſſæ.

§. 57. Ex adverſo qvàm ſanctiſſimè poſſunt ſua abſcondunt conſilia, & magnopere cavent, ne qvis ullibi qvem ſpectant finem advertat.

Barisonius *in Med. Epiſt.* Cæteroqvin ubicunqve etiam commoremur, non eſt, qvod metuamus, ne actionis noſtræ unqvam propalentur. Siqvidem cum Magnatibus duntaxat commercium habeamus; à qvibus præter qvotidiana honoraria, omne publicum ſecretum cognoſcimus. Ita fit ut vel proprius honor ipſis os occludat; contrario

planè modo, qvàm aliis Religioſis uſu venire ſoleat: qvi ſine diſcrimine cum qvolibet converſantes, absqve ſanctis hiſce artificiis, difficulter poſſunt fragilitatem ſuam occultare.

## §. 58. Aulas & Proteſtantium negotia publica explorant.

ROBERTUS TURNERUS *Anglus, qvi Romæ aliqvandiu vixit inter Jeſuitas, Ingolſtadii poſtea Eloqventiæ Profeſſor in Epiſt. Vid. Anno 1584. editis Epiſt. 19. ad Johannem Bervicium ſcripſit*: Qvare cum Magiſtratus eſſe non poſſim, volui, qvemadmodum omnibus locis, ſic Auguſtæ in Comitiis maximè eſſe curioſus. *Addit*: volui irrepere, volui irrumpere in intimas aulas Principum, volui videre omnia, ut ad juſtitiæ normam præclarè exigerem. *Pergit*: Qva meæ vel curioſitatis diligentia, vel diligentiæ curioſitate, conqviſivi materiam Satyræ acrem, voluptatis

mellitam, utriusqve uberem. *Rurſus*: vix cœperam obire Principum aulas, cum videam Hæreticorum illum mundum adminiſtrari à ſtultis. In Catholicis aulis Inveni Vitellios, Furios, Camillos, Senecas, qvi fronte, verbo, fide tuerentur locum. *Item*: In aliis, extra paucos, viros Principes illos & Deos putato luſtra, popinas officinas malarum artium, fœdarum libidinum, fraudum, inſaniarum &c.

## §. 59. Imprimis verò Electoribus Saxoniæ inſidias ſtruunt.

BELLARMINUS *in Epiſt. Fam. editis Romæ à Jacobo vulgato Jeſuita Anno Jubilæi 1650. ſuperiorum permiſſu fol. 384.* Maximiliano Bavariæ Duci *Epiſt. 169.* Sereniſſime Princeps & Dux invictiſſime &c. Lætatus ſum valde in his, qvæ mihi ſcribere dignata eſt Sereniſſima Celſitudo veſtra. Debellatam audio tam brevi tempore integrã maximamqve pro-

vinciam, ut Serenitati veſtræ dicere liceat: veni, vidi, vici. Utinam illud cum Rege fortiſſimo & Sanctiſſimo brevi de Bohemia dicere liceat eidem Serenitati veſtræ: Perſeqvar inimicos meos & comprehendam illos, & non revertar donec deficiant, confringam illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos. Unum in vobis habeo, ut Dux Saxoniæ, qvi cum tam Catholicis piisqve Principibus imperatorem Chriſtianiſſimum ſtrenuê adjuvat, & adverſus Bohemos Hæreticos & perjuros pugnat lumen aliqvando veræ fidei aſpiciat! Audivi enim à viris fide dignis: Eum non odiſſe Pontificem maximum, ut alii Lutherani oderunt; Et cum Epiſcopo Herbipolenſi & Bambergenſi, viro optimo & prudentiſſimo libenter verſari. Utinam præmium hujus boni operis eſſet donum veræ fidei à Patre cœleſti per Spiritum S. illi inſpiratum! ad qvam rem perficiendam utilis for-

taſſe eſſet opera Reverendi Patris Dominici Carmelitæ diſcalceati, qvi potens eſt in opere & in ſermone, & Sereniſſimæ Celſitudini Veſtræ benè notus. Hæc duo ſi brevi audirem, Imperium Romanum omnino pacatum & Sereniſſimum Ducem Saxoniæ ad fidem Catholicam eſſe converſum, ego jam penè octogenarius ſenex, cum Simeone libenter canerem: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine.* Sed nolo pluribus moleſtus eſſe Sereniſſimo Domino Meo, cui à Domino Deo noſtro precor fructum uberem magnorum laborum, qvos pro Eccleſia Dei & ſacro imperio jamdudum fortiter tolerat, Romæ *d. 10. Sept. 1620.*

*Id.* BELLARMINUS *Epiſt. 170. ad* Fr. Dominicum à Jeſu Maria Carmelitanum &c. Admodũ Reverende Pater. Scribo ad Sereniſſimum Bavariæ ducem, Deum cordi meo inſpiraſſe deſiderium videndi ducem Saxoniæ inter Chriſti oves in

Eccleſia Catholica, cum ſciam, jam cum Principibus Catholicis conſpiraſſe, copiasq; ſuas junxiſſe, ut auxilio ſit Auguſtiſſimo ac Piiſſimo Ferdinando Cæſari: Et addo Paternitatem veſtram fore valde oportunum inſtrumentum, niſi fallor, ad hoc tam bonum opus perficiendum. Scio dictum Saxoniæ ducem collocutum eſſe cum Epiſcopo Bambergenſi, qvi nunc etiam Epiſcopus Herbipolenſis, & tunc ad me ſcriptum fuit, Saxoniæ ducem illi ſignificaſſe: ſe bene affectum eſſe erga ſummum Pontificem, eleemoſinas in Catholicos diſtribuiſſe, deinde in patriam reverſum præcepiſſe ſuis miniſtris, ne contra ſum̃um Pontificem oblatrarent, demũ ipſum Epiſcopum Bambergenſem Patrem ſuum appellare. Hæc ad me ſcripſit ſuffraganeus Epiſcopi Bambergenſis, qvi ſimul cũ ſuo Epiſcopo ſemina ſalutis in corde ducis jeciſſe narrabat, qvæ niſi à qvodam ſuo famulo familiari fuiſ-

ſent

ſent diſſipata, poterant magnam ſpem boni proventus facere. Qvare rogo Paternitatem veſtram, ut ſi qvando Sereniſſimus Bavariæ Dux velit ſua opera uti ad perficiendum opus tanti momenti, illud toto corde amplectatur. Iterum commendo Paternitati veſtræ meam ſpiritualem inopiam, ut curſum vitæ hujus ſancto fine concludam, cum non poſſit longè abeſſe. Deus ſanctam animam ſuam meritorum cumulo ſecundet Romæ. *10. Sept. 1620.*

*Epiſtola ad Ex Jeſuitam Andr. Wigandum qvam in ſuis Elenchticis prodidit:* Nobiliſſime Domine Colendiſſime. Relatum nobis nobilem Dominum menſe Junio veniſſe Jenam, indoluit qvàm maximè Illuſtriſſimus Reſidens meus Tholoſanus, & ego notiſſimus, & Primarii Eccleſiæ noſtræ. Per amorem Dei rogo, qvi amat periculum peribit in eo, conveniat nos, qvia proprium in Caſſelis, mutato nomine vel ideo

divina providentia amiciſſimus præmiſſus, ut ſeqvatur, deducam ad Baronem de Lüzenburg in Luſatiam ſeptem abhinc leucis arcem ſuam; vel ſi malit, etiam Illuſtriſſimus Reſidens meus occultè teneret, donec obtinuerimus, ut vel revertatur in provinciam, vel cum conſenſu eat ſive in Franciam ſive in Italiam ſive in Auſtriam. Ecce mittit Illuſtriſſimus expreſſum famulum ſuum fidiſſimum, inſignem, dicat ſolum illi, qvo die venturus ſit, & occurremus, ſicut Illuſtriſſimus & me tectè introduxit (NB.) Tam bene peritum & è terra benedicta & familiarem meum deficere non credo. Offerimus lapſo manum ſinguli Franci, Itali, Germani. Demirabitur, ubi viderit nobilitatem Eccleſiæ noſtræ, ſalvet ſe occaſione præbente per Deum rogo iterum iterumqve. Si me

amet, veniat, novit enim ſincerum ſuum

*Nobilis Domini*

Dreſdæ 13. Julii
1671.

*Servum eſſe*

AUGUSTINUM BILSTEIN,
S. Jeſu.

§. 60. Porro ſtratagemata ſuis ſuppeditant, qvibus Proteſtantium fides, fideiq; defenſores exſtirpandi ſint.

JOHANN-PAULUS WINDEG *Soc. Jeſu de exſtirp. Hæret. Antith. 11.* Ad Sectarios profligandos, Catholicorum Principum Liga & conſociatio reqviritur. Deinde nec negligenda eſt occaſio: qvando videlicet Proteſtantes pecuniis exhauſti ſunt. Utqve facilius Catholici Sectarios opprimere poſſint; variis obductis cauſis & artibus, alios ab aliis ut divellant, occaſiones captandæ. Idqve à Carolo

lo V. Imper. obſervatum magno ſuo emolumento. Sed & externa auxilia Catholici ſibi adjungant, ad ſubjugandos Sectarios. E contra ne hi exterorum ſuppetias ſibi adſciſcant, cavebunt. Sciant, ſciant Hæretici nobis non deeſſe modos ſectas extirpandi.

§. 61. Allaborandum ſcilicet eſſe, ut igne ferro, veneno aut aliis modis è medio tollantur.

BULLA PAPALIS *qvam vocant Cœnæ Domini:* Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei & noſtra qvoscunqve Lutheranos & ipſorum receptatores, aut fautores, & generaliter qvoslibet eorum defenſores.

STAPLETONUS *in Orat. contra Politicos Duaci habita & impreſſa Monachii p.15.& 24.* Tales Politicos Hæreticis & Turcis deteriores eſſe. Qvia armis & bellis Catholiciſmum propagare recuſant. Eos etiam ut novos Diago-

goras & Protagoras ex omnib. civitatib. pelli debere, ut veteres illos expulerunt Athenienſes, propoſita etiam mercede ei, qvi illos interficeret.

CAMPIANUS *Jeſuita in Ep. ad Conſiliar. Reg. Angliæ, Treviris A. 1583. excuſa p. 22.* Jeſuitas omnes in univerſo terrarũ orbe fœdus ad Hæreticos qvovis modo tollendos jam pridem iniiſſe *fatetur: verba ejus ſunt*: Qvod ad Societatem noſtram attinet, velim ſcias, omnes nos, qvi ſumus de Societate Jeſu per totum terrarum orbem longè lateqꝫ diffuſi, ſanctũ fœdus iniiſſe, veſtras machinas facilè ſuperaturos, neqve unqvam deſperaturos, qvamdiu vel unus qvisqvam è nobis ſupererit. *Et Philopater* CRESWEL *monet*: Ita informandos qvoscunqve Catholicus., ut oblata cædis occaſione nullo impedimento ſe dimoveri patiantur.

*Idem* Windeck *l. cit. cap. 10.* Lutheranos mortis ſupplicio, exterminandos interficiendos, propulſandos, reprimendos, delendos, u-

ſtio

ſtionibus & ſectionibus exſcindendos, tollendos explodendos, viriliter exſtirpandos, trucidandos, internecione delendos ſcribit.

Petrus Stevartius *contra Haſenmüllerum:* Qvum mitiores pœnæ apud Hæreticos nihil proficiunt, ſed venenum latius ſerpit, tum urendum & ſecandum eſſe. *Atqve hanc ſententiam animitus ſe amplecti* Chriſtophorus Roſenbuſch *in Replica ſua profitetur. Et* Matthias Meyerhöfer *in Speculo Prædicantium:* ſe ſuiqve ſimiles in hac ſententia tam concordes eſſe, *ſcribit*, ut etiam pro Articulo fidei illam teneant. *Conſentiunt* Ribadeneira *Lib. 1. de Principe cap. 18. & 26.* Paulus Chirlandus *de Hæreticis qvæſt. 3. num. 2.* Simancha *in Inſtit Cathol. cap. 46. num. 45. & ſeq.*

*Addo* Baronium *Cardinalem in Epiſt. ad Papam contra Venetos:* Duplex eſt, ait, Beate Pater miniſterium Petri, paſcere & occidere, jux-

juxta illud; Paſce oves meas, & juxta illud: Occide & manduca. Qvando enim Pontifici negotium eſt cum refractariis & adverſantibus: tum jubetur eos mactare & occidere, atqve in viſcera ſua recondere.

RIBADENEIRA *Lib. 1. cap.* 24. Explicari facilê non poſſe, qvanto odio Catholici in hæreticos ferri debeant.

## §. 62. Et nomen & veſtem mentiri licere ad nos defraudandos.

EDMUNDUS CAMPIANUS *in Epiſt. ad Generalẽ Societatis A. CIƆ IƆ LXXXIII. Treviris excuſa, fatetur:* In Anglia ſæpe ſe commutare nomina, & habitu dementiſſimo eſſe. *Et in Epiſt. de Perſecutione Anglicanâ:* Jeſuitas nomina non rectè profiteri, ſed mentitis nominibus mentitaqve veſte uti. *Ita in Actis Jeſuitæ* Heinrici Garneti *ipſius Garneti, & ſociorum ejus:* Oſwaldi Teſmondi, Johan-

hannis Gerardi, & Joſephi Creſwelli *aliqvot falſa nomina recenſentur*.

## §. 63. Qvod ſi hoc non procedat, æqvivocatione utendum eſſe.

MARTINUS NAVARRUS *Azpilcueta Cujus doctrinam* Gregorius *XIII. inconcuſſam ſanctamq; eſſe teſtatur*) *integrum Tractatum de Æqvivocationibus ſuper cap. 11. Humanæ aures. cauſ. 22. qv. 5. in gratiam Illuſtriſſimæ* (*ut ait*) *Societatis Jeſuiticæ conſcripſit, ubi hanc mentiendi artem*, bonam & utilem ſimulandi & diſſimulandi artem, prudentiam & virtutem *appellavit, & qvi* bona hac prudentia utuntur, laudandos eſſe *dixit*. Per hanc inqvit doctrinam æqvivocationis innumera mendacia & peccata evitari poſſunt, ſi ſemper reſpondeatur cum aliqva ſubintellectione. Ut ſi interrogemur: qvo vadimus? qvantam pecuniam habemus? Mutavimus?

Do-

Donavimus ? qvid ſcripſimus? Qvid nobis ille vel ille dixit? & ſexcenta alia. Omnibus illis absqve peccato reſpondere nos poſſe ſubintelligendo aliqva. Ut ſiqvis petenti pecuniam, librum &c. reſpondeat: non habeo; licet habeat: ſubintelligendo tamen, ita non habeo, ut tenear præſtare; vel ut tenear tibi dicere, dare, manifeſtare; vel ut dicam tibi.

JOHANNES HEUREUX *qvi ſe Hieroglyphicè* Andream Eudæmono-Johannem Cydonium *vocat) in Apologia Anno cIↃ IↃC x. Coloniæ per Johannem Kercken excuſa acriter contendit* Judicem coram judicio æqvivocis verbis decipere licitum eſſe *& p.40.* tunc licet mendacium ſit illicitum, non tamen eſſe mortale *& mox:* Imo non erit veniale, ſi reſpondendo cautelosè, & (ut ajunt) ſophiſticè dicat aliqvid falſum, apud ſenſum judicis; & apud ſuum verum. *Iſtam vero Apologiam Generalis* Aqvaviva *&* tres Doctores Jeſuitæ *approbarunt.*

*Hac*

*Hac arte illuſit Jeſuita* Garnetus *Illuſtriſſimo Comiti Salisburienſi, ut ſine æqvivocatione proferret, qvid de excõmunicatione Regis ſentiret, dicens.* Regem Jacobum nondum excommunicatum eſſe. *Nam, Jacobum Stuartum, non Regem, excommunicatum animo ſentiebat. Eadem fraude* Richeomus *Jeſuita, in ſua Expoſtulatione Apologetica pro Jeſuitarum Societate, Heinrico IV. Regi Galliæ illuſit; dum æqvivocando impudenter affirmavit:* Se nunqvam audiviſſe, poſtremò-defunctum Heinricum Regem, à qvoqvam ſuorum hominum Tyrannum eſſe nominatum. *Non enim poſtremo-defunctum Heinricum Regem; ſed benè poſtremò occiſum Heinricum Valeſium, Heinricum Tyrannum, & qvidē ſæpiſſimè audivit nominari cum hoc & pro Concione ubiq; inter Ligiſtas, & qvam plurimis Libellis editis factitatum ſit. Simili prudentia ludit tortuoſus* Bellarminus; *dum negat,* Sixtum V. Papam imperaſſe, eundem Heinricum Regem interficere. *Sicuti apparet in Reſpon-*

*ſponſione ad Apologiam pro Juramento fidelitatis. Non enim Papæ imperant occidere Reges, ſed Tyrannos tantùm i. e. qui dicto ſuo minus ſunt audientes.*

## §. 64. Etiam præſtito Juramento: ſe veritatem dicturos.

Franc. Toletus, *Jeſuita & Cardinalis Lib. 4. de Inſtruct. Sacerd. cap. 21.* Interrogatus aliqvis & jurejurando obſtrictus ut verum dicat, talemne e. g. viderit hodie? hac æqvivocationis arte, illud planè denegat; prudens licet ſciensqve illum viderit. Ille verò hunc ſenſum ſibi reſervavit: Non vidi illum, ſc. ut Magiſtratui hoc dicerem: vel non viſione beatifica; vel non Venetiis &c. illum vidi.

Gregorius de Valentia *è Societ. Jeſu Tom. 3. diſp. 5. qvæſt. 13. de Reo:* Qvandocunqve iniqva interrogatio fit, etiamſi juramentum acceſ-

ceſſerit; nullum tamen committetur perjurium, qvamvis juramento affirmet alium aliqvem ſenſum verum alienum ab interrogatione. Talis non mentitur, nec vanè uſurpat nomen Dei, ſiqvidem ad ſe vel ſua tuendum, id facit. *Et ib.* prudentem defenſionem *vocat.*

ANDREAS *qvoq;* EUDEMONO-JOHANNES *in AntiCotoni confutatione inqvit:* Nemo tenetur Magiſtratui ſeipſum prodere; idqve lex naturæ ſatis docet: apertê & libere, ſine omni tergiverſatione, negare poteſt id, cujus gratia accerſitur. Qvia ſemper clauſula illa intelligitur: ita ut tenear dicere.

§. 65. Si verò liceat commodiſſimè latere & cuncta perreptare, ubiqve diſſimulandum & captandam eſſe auram.

ACTA HEINR. GARNERI *Prov. Angl. Soc. Jeſ. p. 68.* Licere omnibus Catholicis externam obedientiam præ

præ ſe ferre ad vexationem redimendam, his tamen cautelis & cancellis circumſcriptam; primò rebus ſic ſtantibus; Secundò donec publica Bullæ executio fieri poteſt.

COSTERUS *Jeſuita in Sica tragica cap. ult. de ſe ſuisq; Sociis ait:* ita norunt vela obliqvare in ventos & undecunqve ſe proſper aliqvis flatus oſtenderit, captare vel Euros vel Zephyros.

RIBADENEIRA *de Principe Lib. 1. cap. 25.* Chriſtiana prudentia docet, diſſimulatione utendum qvando magna pericula timentur.

BELLARMINUS *tract. de Exempl. Clericor. p. 268.* Qvod ſi interdum ſeculares magiſtratus cogatur agnoſcere clericus, ut vi ſæpe accidit, vela contrahi oportet; Sed inde non valet conſeqventia.

§. 66. Nobis interea pacta, conventa, capitulationes, etiamſi juramento confirmata

ta

ta ſervanda non eſſe ; minimè verò omnium pacem religionis.

Joh. Paul. Windeck *in Delib. de Hæreſ. exſtirp. Antith. 3. reſp. ad 4. Object. ſcribit:* Qvod hac pacis formula Cæſar Proteſtantibus cavit; ſumma neceſſitate adactus fecit; nam irruente tum in Auſtriam Turca neceſſe erat, omnes undecunqve vires contrahere. *Ibidem:* Conſtat ex eo edicto, Cæſarem pacem Proteſtantibus tantùm usqve ad Concilii tempus, qvo diſſidium hoc Sanari poſſet, conceſſiſſe. *Item:* Proteſtantibus tantum moratorium, dilationem, & tolerantiam conceſſiſſe, usqve ad judicium concilii Tridentini. Qvamobrem mirari animum ſubit vecordiam Sectariorum, qvi pro religione tuenda, toties Comitiorum decreta contra nos ſtultiſſimè detonare & deblaterare ſolent.

Martinus Becanus *Jeſuita Moguntinus in Diſp. de Fide Hæreticis ſervanda cap. 10. aſſerit* Libertatem ſive pactionem illam religionis, qvâ liberum permittitur eſſe Catholicum vel Lutheranum vel Calviniſtam, omninò eſſe illicitam & divino præcepto repugnantem: nec aliter qvàm aliqvo tempore, majoris damni vitandi cauſa, tolerari poſſe; Imò hæc Libertas potius à Catholicis omnibus modis, qvantum commodè fieri poteſt, impediri & profligari debet. Nullus ſit iſtis Miniſteriorum locus. Sciant omnes, etiamſi qvid ſpeciali reſcripto vel pacto, ab hujusmodi hominum genere, impetratum ſit, non valere.

Petrus Ribadeneira *Jeſuita de Principe Lib. 1. poſtqvam cap. 16. Proteſtantes Principes non ſine inſigni injuria* rebelles & ſummè impios *appellarat* (*ſicut ejusdem ſocius* Jacobus Sylvanus *aliàs* Jacobus Keller *Je-*

*Jeſuita Ratisbonenſis in Philippica ſuos eosdem Principes* perduellium *nomine diffamare non erubuit* ) *ſubjicit cap. ſeqq.* Pacem hanc religionis, qvam Politici noſtri (*ita conſiliarios Pontificios pacis ſtudioſos vocant* ) invexerunt, qvamqve Germani, Lutheranæ factionis aſſeclæ, ſunt amplexati, & in Belgio nonnulli ſibi concedi poſtulant, non indulgendam, neqve ferendam. *Idem aſſerit* Andreas Erſtenberger *ſive* Franciſcus Burckardus *Cancellarius Colonienſis, in multum à Ribadeneira laudata Autonomia part. 3. cap. 13.*

*Inde Cardinalis* HOSIUS *Epiſt. 193. 202. & 220.* Heinricum *Poloniæ Regem hortatur, ne fidem in Colonia Evangelicis datam ſervet*: Nunqvam *ait* patiaris, ulla te ratione ad ea, qvæ promiſiſti, ſervanda teneri: qvia juramentum non debet eſſe vinculum iniqvitatis. *Et hanc Admonitiodem poſtea ad Regem Poloniæ Stephanum* Antonius Poſſevinus *Jeſuita aliàs celebris repetiit.*)

*Con-*

*Conſentit* JACOBUS SIMANCHA *Epiſcopus Pacenſis de Cathol. Inſtit. cap.* 46. *num.* 52. Ad hæreticorum iſtorum pœnam & odium etiam pertinere, qvod fides illis data ſervanda non ſit, non obſtante juramento. *Itē*: Cum Hæreticis nullum commerciū, nec pacem ullam eſſe poſſe; ideoq; fidem illis datam, etiam juramento firmatam, nullo modo ſervandam eſſe: *Et addit:* Sæpè id à nobis dictum: neceſſe eſt tamen inceſſabiliter iterari, & tamdiu non tacere; qvamdiu pacis illud nomen obtenditur.

MOLANUS *etiam Lib.* 3. *cap.* 27. *Object.* 1. *&* 6. Regulam generalem eſſe Fidem Hæreticis vel non dandā, vel non eſſe ſervandam, ſi illis data ſit, ſuper libero Religionis ſuæ exercitio. *Et in ſpecie de Fœderatis Belgis, qvos Hiſpaniæ Regi vim intuliſſe tradit*, Merentur, *inqvit*, ut eis promiſſum non ſervetur. *Et lib.* 4. *cap.* 7. *addit*: Nam qvotqvot contra Catholicam Majeſtatem Philippi arma in Belgio ſumunt, qvia potius Rebelles

qvàm hoſtes dicendi ſunt, uſitatè prædones dicuntur: Atqve ſi illis aliqvid promiſſum ſit, claram & indubitatam eſſe reſolutionem, ijs nihil deberi.

CONRADUS BRUNUS *de Hæreticis Lib. 3. cap. 15. Tom. 9. p. 315. ponit qvæſtionem de tali pace Religionis, qvalis eſt in Imperio ex conventionibus Anni cIↄ. Iↄ. LII. & cIↄ. Iↄ. LV.* An rata ſint & valeant pacta, conventiones, leges & reſcripta, qvibus Hæretici pacem & ſecuritatem impetrant, ut qvi eos offenderit, fractæ pacis teneatur? *Item*: Qvibus permittitur, ut Eccleſias, Epiſcopos, Sacerdotes & Clericos habeant; Eccleſias reformare, Eccleſiarum poſſidere bona, adminiſtrare & diſpenſare poſſint; utrum Eccleſiaſtica juriſdictio contra ipſos ſuſpendatur? *Et reſpondet*: Non valere; cum Hæreticis Catholico nullam pacem eſſe poſſe: & eſſe conditionem iniqvam & blaſphemam, qvâ Hæreticis permittitur, ut dogmata ſua doceant.

*Et*

*Et in fine ejusdem capitis:* Hodie nulla pax rata eſſe poteſt; qvæ cum Hæreticis ea lege contrahitur, ut offendi non poſſint: Horrendam & abominandam eſſe pacem, ea conditione initam; ut qvi eos offenderint, fractæ pacis condemnentur. Econtrà, omnia divina & humana jura illos extinctos velle.

§. 66. Niſi fortè majora immineant pericula, qvapropter pacem aliqvantisper ſimulare oporteat, & commodiorem belli occaſionem expectare.

PETRUS RIBADENEIRA *Lib. 1. de Principe cap. 26.* Chriſtiana prudentia docet, diſſimulatione utendum eſſe, ſi magna pericula timeantur.

MARTINUS BECANUS *de Fide Hæret. ſervanda cap. 10. ait:* ſi Lutherana Religio commodè impediri & profligari non poteſt, niſi cum majori damno Reipublicæ; tunc aliqvo tempore tolerari poteſt. *Et ſubjicit Moguntinus Jeſuita: Magiſtratus*

*Catholicus omnibus modis impedire debet libertatem religionis Lutheranæ. Hoc utrum fiat in Thuringiæ metropoli? Wigandus ſi mente noſter eſt, exponet, vel negotium committet aliis.*

JOH. PAULUS WINDECK *Jeſuita in Deliber. de Hæreſ. exſtirpand. pag.* 414. Qvòd nonnunqvam Catholici cum Sectariis tranſegerunt, eo ſine fecerunt: ut interea reliqvis negotiis expediti, poſtea unum hoc bellum contra Sectarios adminiſtrarent, omnemq; ejus molem in ipſos converterent.

*In Libro* MEMORABILIUM *Ligæ Tom.* 6. Jeſuitæ Breve Apoſtolicum habere *dicuntur*, in qvo per diſpenſationem ipſis permittitur, ut ſerviant tempori. *Eadem docet* Andreas Erſtenberger *de Autonomia Lib.* 3. *cap.* 13. *Et Liber* Excitatorius *Clericorum cap.* 3. Melchior Cteſelius *qvoqve Epiſcopus Viennenſis ejusdem farinæ Cenſuram conſcripſit Anno clɔ. Iɔc. VI. ad Matthiam Archi-Ducem Auſtriæ.*

§. 67. Eadem diſſimulatione Contraria etiam Mandata à Superioribus Jeſuitæ accipiunt, qvò eo melius tempori ſervire ſtudeant.

*Cum enim paulò ante deditam Heinrico IV. Lutetiam conſilia Jeſuitarum in det rius ferri inciperent, mox Generalis ipſorum* Claudius Aqvaviva *Anno* cIↄ.Iↄ.XCIII. *Menſe Novembri ita reſcripſit:* Ut ab omni ſpecie mali abſtineatur & qverelis etiam ex falſis ſuſpicionibus provenientibus, præcipitur omnibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pæna inhabilitatis ad qvævis officia & dignitates ſeu prælationes, vocisq; tam activæ, qvàm paſſivæ privationes: ne qviſpiam publicis & ſecularium principum negotiis ulla ratione ſe immiſcere, nec etiam qvantumvis per qvoscunq; reqviſitus aut rogatus, ejusmodi res tractandi curam ſuſcipere audeat vel præſumat. Idqve ſeriò commendatur ſuperio-

tribus, ne permittant ſociis ijs rebus ullo modo implicari: Et ſi qvos ad ea propenſos animadverterent, eos loco mutandos qvam primùm commutent, ſi alicubi ſit occaſio vel periculum, ſe ejusmodi implicationibus irretiendi.

*Ejusmodi fuit de qvo referunt Jeſuitæ* ERFFURTENSES *in Reſut. Sermonis Revocatorii Ex Jeſuitæ Andr. Wigandi, Impreſſa Moguntiæ à Chriſtophoro* Küchlern *Anno* c*l*ↄ. *I*ↄc. *LXXI.* Wigand weiß / was ihm für Comminatoriæ auff Erffurt kommen / wenn er wider den Stenger in ſeinen Predigten ſo ſcharffbißig verfahren werde. Man hat ihm ja mit dem öffentlichen Narrenhaus gedrohet. Wigand weiß wohl / wo der Befelch herkommen?

§. 68. Sed ipſi Jeſuitæ moram cruentæ Perſecutionis, qvàm Proteſtãtibus intentant, vix interdum ſuſtinere poſſunt.

PETRUS RIBADENEIRA *Lib.* I. *de*

*Prin-*

*Principe cap.* 15. *ubi Politicam prudentiam illam Reginæ Scotiæ & Regum Galliæ ac Conſiliariorum, graviter accuſat pag.* 90. Qvi putarunt, ſerviendum tempori, utiliusqve eſſe, conniventia qvadam & lenitate ſervare; qvàm ſevera animadverſione totum regnum evertere: *tandem addit pag.* 94. Nullum Regem, nullum Principem eſſe, cui hæc politiæ ratio potior viſa eſt; qvi non ſtultitiæ & temeritatis graviſſimas pænas dederit.

*In* COMMONEFACTIONE *ab Epiſcopis qvibusdam Anno* cIↄ. Iↄc. *III. Ratisbonæ exhibita Matthiæ tùm Archi-Duci Auſtriæ, dicitur*: Non amplius temporiſandum; ſed vitam, ſangvinem, & omnes fortunas ad hoc exponendas, ut cogantur Imperii Ordines, in ipſorum territoriis ſita monaſteria Abbatibus & Monachis reſtituere. Et in hunc finem, Catholicorum majorem cõjunctionem omnino neceſſariam eſſe; extrema omnia tentanda, animos non deſpondendos eſſe.

*Ex eodem ſcrinio pectoris Jeſuitici ſub initium Comitiorum Ratisbonenſium Ann. cIↄ. Iↄc: VII. prodiit Epiſtola Exhortatoria, qvæ inter alia ſic habet*: Maximopere dolendum eſt, qvòd inter Politicos noſtros reperiantur, qvi Cæſareæ Majeſtati, Electoribus & Principibus perſuadere conantur, ob horum temporum difficultatem aliqvid connivendum & temporiſandum eſſe. Id enim dum à Politicis iſtis fit, Proteſtantes commoda ſua in Romanæ religionis detrimentum promovent.

§. 69. Suadent ideoqve ſubditis: Eos non teneri Magiſtratibus Evangelicis parere, ab omni homagio & obligatione ſolutos eſſe, ipſisqve liberum & permiſſum ejusmodi Magiſtratûs abdicare, exterminare & opprimere.

TRESHAMUS *Jeſuita in Lib. de Officio Principis Chriſtiani cap.* 5. ſi Princeps

ceps hæreticus ſit, obſtinatè & pertinaciter intolerabilis: Summi Paſtoris divina poteſtate deponatur; & aliud caput conſtituatur, cui ſubditi ſe jungant, & legitimo ordine ac authoritate tyrannidem amoveant.

ALANUS *Jeſuita in Apologia Stanlejanæ proditionis:* Qvandoqvidem Eliſabetha Angliæ Regina, & hæretica & excommunicata eſſet: qvod non modò liceret jam ejus ſubditis, verùm etiam conſcientiæ nexu tenerentur, nudare eam omni qvo poſſent imperio; & ſive exercitus, ſive oppida, ſive arces & propugnacula ejus obtinerent, Regi Hiſpano tradere, ut Regina nihil amplius haberet propriùm aut ſuum.

FRANC. SUAREZ *in Defenſ. Fidei Catholicæ adverſus Anglicanæ ſectæ errores Lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 7. *p.* 105. *oſtendit:* Tyrannum poſſe à privato licitè occidi: *& numer.* 14. *ſcribit:* Rex hæreticus, ſtatim per hæreſin, ipſo facto, privatur aliqvo modo dominio & proprietate ſui



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0204-3

Regni : qvia vel confiſcatum manet; vel ad legitimum ſucceſſorem Catholicum ipſo jure tranſit. Et nihilominus non poteſt ſtatim regno privari : Sed juſtè illud poſſidet & adminiſtrat, donec per ſententiam ſaltem declaratoriam, criminis condemnetur, juxtà c. Cum ſec. leges. de Hær. in 6. At verò poſt ſententiam latam, omnino privatur Regno, ita ut non poſſit juſto titulo illud poſſidere. Ergo ex tunc poterit tanqvam omnino Tyrannus tractari; & conſeqventer à qvocunqve privato poterit occidi. *Et num* 15. *p.* 118. Ideoqve ſi Rex legitimus tyrannicè gubernet, & Regno nullum aliud ſubſit remedium, ad ſe defendendum, niſi Regem expellere ac deponere, tùm ex vi juris naturalis poterit Respubl. tota publico & communi conſilio civitatum & procerum regem deponere, tum ex vi juris naturalis, qvo licet vim vi repellere. *Et n.* 18. Ita ergo qvando Respublica juſtè poteſt regem deponere, rectè faciunt Miniſtri

niſtri ejus, Regem cogendo vel interficiendo, ſi ſit neceſſe. *& p.* 834. *num.* 22. Ideoqve neqve jam proprie poſſent dici proditiones, ſi qvæ conjurationes contra Regem fierent; neqve cives tenerentur ſaltem titulo fidelitatis aut ſubjectionis illas revelare.

GRETSERUS *contra Stenium ita colligit* : Omnis ille, qvi loqvitur, qvæ Deus non præcepit, jure interficitur. Omnis Hæreticus &c Ergo.

CRESVVELLUS *ſive* Philopater *ad Edictum Eliſabethæ Reginæ ſect.* 2. *num.* 157. *ſcribit* : Qvemcunq; Principem Chriſtianum, ſi à Religione Catholica manifeſtè deflexerit, & alios avocare voluerit, excidere omni poteſtate ac dignitate, ex ipſa vi juris, tum humani tum divini; hocqve ante dictam ſententiam ſupremi Paſtoris ac judicis, contra ipſum prolatam: & ſubditos qvoscunq; liberos eſſe ab omni juramenti obligatione, qvod de obedientia, tanqvam Principi legitimo præſtitiſ-

ſent: poſſeqve & debere, ſi vires habeant, iſtiusmodi hominem, tanqvam Apoſtatam & hæreticum & Chriſti domini deſertorem, & Reipublicæ ſuæ inimicum hoſtemqve ex hominum Chriſtianorum dominatu ejicere: Atqve hanc eſſe certam definitam & indubitatam virorum doctiſſimorum ſententiam. *& rurſus:* Regnandi jus amittit, qvi Religionem Romanam deſerit.

*Idem ibid. num.* 162. Certè non tantùm licet, ſed ſumma etiam juris divini neceſſitate ac præcepto; imò etiam conſcientiæ arctiſſimo vinculo, & extremo etiam animarum ſuarum periculo ac diſcrimine Chriſtianis omnibus hoc ſolùm incumbit: ob hæreſis manifeſtum crimen, Principes deturbare, vel obſiſtere, ne admittantur; ſi præſtare poſſunt. *Idem in prædicto Reſp. pag.* 109. Si Imperator vel Rex hæreticum favore proſeqvatur, ipſo facto regnum amittet.

*Iterum* SUAREZIUS *Loc. cit. cap.* 5. *num.* 8. Propoſitio hæc: Papa poteſtatem

teſtatem habet ad deponendos Reges hæreticos & pertinaces ſuo regno in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus pernicioſos &c. inter dogmata fidei tenenda & credenda eſt.

*Pariter in Libro Jeſuitico, cui titulus:* CONCERTATIO *&c. iſta habentur:* Papam habere poteſtatem, qvemcunqve Principem de Principatu dejiciendi, ejusqve ſententiæ, ſi promulgetur, ſubditos Principum obedire debere.

JACOBUS SIMANCHA *de Ex communic. tit. 27. ſect. 1. aſſentitur:* ſi Reges aut alii Principes facti ſunt Hæretici; protinus ſubjecti & vaſalli ab eorum Dominio liberantur: nec jus hoc recuperabunt: qvamvis poſtea reconcilientur Eccleſiæ. *Et viciſſim:* Concedatur autem ejusmodi abdicatum Principem relinqvere filium legitimum & certum heredem; qvi paterni criminis labe non ſit inqvinatus: illene in Regia dignitate ſuccedit? Neutiqvam. Peſſundetur. Hæreſis enim eſt lepra & morbus hæredita-

reditarius & ex leproſis Parentibus leproſi generantur filii.

§.70. Imò cuivis ſubdito modò Jeſuitarum aut aliorum hujusmodi Theologorum uſus ſit, conſilio, permiſſum, laude dignum & meritorium ei fore, ſi hujusmodi Regem vel Principem enecare poſſit.

*Miſſis, qvæ modò ex* Suarezii *Lib. 6. cap. 4. adducta ſunt, apertè hoc loqvuntur:*

FRANCISCUS VERONA *Conſtantinus in Apolog. pro Johanne Chaſtello part. 2. cap. 2. contendit*: Qvod non obſtante Decreto Conſtantienſis Concilii privatis & ſingulis licitum ſit, Reges & Principes hæreſeos & tyrannidis condemnatos occidere.

*In ſpecie verò Franciſcus de Verona probat Jacobi Clementis parricidium in Heinricum III. nam part. 2. cap. 2. ut verba adduximus §. 47. & cap. 11. probare nititur:* Hæreticos & relapſos

pſos, è qvorum numero etiam ſit Borbonius, jure divino & humano interfici poſſe. *cap.* 12. 13. 14. *ſtatuit:* Hæreticos & tyrannos, multoq; magis, qvi Hæretici & Tyranni ſimul ſunt, ut Heinricus IV. tolli poſſe etiam ab hominibus privatis, ſi aliter fieri neqveat. *Cap.* 15. *recenſet* multas utilitates, qvæ regnum Galliæ ex hoc facto Caſtelli accepiſſet, ſi iſti res ſucceſſiſſet. *Part.* 3. *c.* 1. *probare conatur:* Factum & Conatum Caſtelli heroicum eſſe. *Cap.* 8. 9. 10. *ad cœlum usqve extollit conſtantiam inter qvæſtiones ac tormenta & in perferendo ſupplicio, & tandem exclamat:* O Conſtantiam plusqvam puerilem, & perpetua omnium ſeculorum futurorum memoria dignam. Præ hac nemo amplius mirabitur conſtantiam Scævolæ, punientis manum, qvæ erraverat. *Part.* 4. *cap.* 1. *oſtendere vult:* Decreti Parlamenti contra Caſtellum facti & promulgati vitia & abſurditates. *Parte* 5. *tota probare conatur:* Multa vitia & abſurditates ineſſe De-

creto

creto Parlamenti, contra Jeſuitas & univerſum eorum ordinem facto.

M. Tortus *ſive* Robertus Bellarminus *in Reſponſ. ad Apolog. pro Juramento fidelitatis*: Jam ſupra docuimus, ſupremum univerſæ Eccleſiæ Rectorem id juris habere, ut, ſi Princeps ab Eccleſiæ unitate per hæreſin vel ſchisma deficiat, poſſit eum excommunicare vel excommunicatum declarare, & ſubditos ejus à fide & obedientia liberare. Neqve hanc eſſe novam doctrinam; Sed in Concilio Lateranenſi, omnium maximo & celeberrimo, approbatam. Qvi enim non timent occidere, numqvid timebunt jurejurando religionem violare?

Emanuel Sa *in Aphoriſm. Confeſſ. in voce* Clericus *Edit. Antvverp. & Colon.* Clerici rebellio in Regem non eſt crimen læſæ Majeſtatis, qvia non eſt ſubditus Regi. *Et in voce* Princeps *ſcribit*: Rex poteſt per Rempublicam privari ob tyrannidem & ſi non faciat officium ſuum, & cum eſt cauſa aliqva

aliqva juſta; & eligi alius à majori parte populi. Qvidam tamen ſolùm tyrannidem cauſam putant.

JOHANNES MARIANA *Lib.1.de Rege cap. 6. p. 57.* A populis ſive ſubditis volentibus, Regem Principatu ſpoliari poſſe. Et ab omni memoria in magna laude fuiſſe, qvicunq; Tyrannos opprimere aggreſſi ſunt. *Oſtendit etiam rationem abdicandi* expedita & maximè tuta via eſt, ſi publici conventus facultas detur: ut communi conſenſu ſtatuatur, qvid fixum ratumqve eſſe debeat? Et ſi monitis Princeps non obediat: Conſilia explicanda, arma expediunda, pecunias in belli ſumtus ſubditis imperandas; Principem etiam privata autoritate ferro opprimendum. *Et pag.* 60. Sin publici conventus facultas ſublata erit: tum etiam, qvi votis publicis favens, Regem ſive Principem perimere tentârit, haudqvaqvã iniqvè eum feciſſe exiſtimabo. Ac niſi publica vox populi adſit, qvæ Regem pro Tyranno habeat; adhibendos

dos eſſe in conſilium viros eruditos & graves. *Et ſubjicit Mariana*: Præclarè, præclarè cum rebus humanis ageretur; ſi multi homines forti pectore invenirentur, pro libertate patriæ, vitæ contemtores & ſalutis, *& dolet*, qvod pleroſqve incolumitatis cupiditas retineat, magnis ſæpè conatibus, adverſa. *Eodem cap.* Cum talibus, qvi ſacra patria (*Romanam ſc. religionem*) abjiciunt, tanqvam cum canibus rabidis agendum. *Et* laudandum eum, *dicit*, qvi vitæ ſuæ periculo publicam utilitatem redimat: & hujusmodi Regem omnibus telis exagitandum, qvaſi crudele mõſtrum terris incubans.

*Capitis ſeptimi Titulus eſt*: An liceat Regem veneno occidere? *& poſtea*: An facultas ſicut armis ſic & veneno, herbisq; lethalibus, tyrannum occidere? *& Reſpondet*: Qvid intereſt, ferro an veneno perimat? Veneno qvod fit, minori periculo & majori ſpe impunitatis fit. Hoc tamen temperamento, me autore, veneno

uti licebit: ſi non ipſe, qvi perimitur venenum haurire cogitur, qvo concepto pereat; Sed exterius ab alio adhibeatur, nihil adjuvante eo, qvi perimendus eſt: nimirum cum veneni tanta vis eſt, ut ſella eo aut veſte delibuta, vim interficiendi habeat. *Et in fine capitis concludit:* In ejus vitam graſſari qvacunqve arte conceſſum: ne cogatur tantum ſciens aut imprudens ſibi mortem conſciſcere. *Et pag. 54.* Cæſo Rege ingens ſibi nomen fecit. *p. 57.* Ab omni memoria conſideramus, in magna laude fuiſſe, qvicunqve Tyrannos opprimere aggreſſi ſunt *& p. 74.* Si hujusmodi poſt deſignatum facinus evaſerint, inſtar heroum in omni vita ſuſcipiuntur: Sin ſecus accidat, grata ſuperis, grata hominibus hoſtia cadunt, nobili conatu ad omnem poſteritatis memoriam illuſtrati.

Barisonius *in ſuperiùs allegata Epiſt.* Atqve ita opus qvoqve erit meritorium, ſi ſubditi ejus principis, qvi juriſdictione ſua, & commodo ſubditorum

ditorum magis qvàm animæ ſalute ſollicitus, Pontificiis præceptis obedire recuſat, fidelitatis juramento exſolvantur; iisdemqve ſignificetur, qvandoqvidem ipſimet regere ſe neqveant, ut alii Principi Catholico, qvi qvidem obſeqvens ſit, aut Romano Pontifici confœderatus, adhæreant. Ac ſi propter inobedientis illius Principis potentiam & robur ad ejusmodi apertas declarationes perveniri non poterit, tum legibus Canonicis & Sanctisſimis Decretalibus minimè erit contrarium, occultè eum, peccatorum abſolutione aut præmio interfectoribus propoſito, è vitâ tollere: aſſerente id ipſum etiam doctisſimo Hiſtorico noſtro Johanne Mariana in qvodam Tractatu ſuo ad magnum Hiſpaniæ Regem: Ubi venena & horum compoſitiones tanqvam tutiſſima media proponens concludit: In eum finem ipſa venena ita præparata cuilibet bono Catholico ſemper in promtu eſſe debere.

*Hac arte Jeſuita* Richardus Walpot

pot *finiente ſuperiori ſeculo Anglum Eduardum Sqvirre veneno inſtruxit, non qvod Reginæ Angliæ & Eſſexio Comiti edendum aut bibendum daret, ſed qvo ſellam tantùm ita inungeret, ut ex ejus contactu uterq; moreretur. Prout etiam antè ſcilicet Anno cIↄ Iↄ LXXII. (qvo die Bartholomæi feſto, durantibus adhuc Regis Heinrici Navarræi nuptiis, horribilis illa laniena Pariſiis, & multis aliis Galliæ urbibus inſtituta & peracta eſt) Senex Vidua Regina Navarræ intoxicato pari Chirothecarum ſubitò interierat.*

§. 71. Exempla hujus rei duo ſatis inſignia, hoc tempore dabimus: Cum ambo fratres Cardinalis & Dux Guiſius vi aperta *Heinricum III.* Galliæ Regem in ſuam & Pontificis poteſtatem redigere non potuiſſent, vitamqve propterea perdidiſſent; Societas tandem Jeſuitica Juvenem Monachum, *Jacobum*

*Clemen-*

*Clementem* nomine, Sorbonâ pago prope Senam oriundum, corrumpit, eidemqve Regis cædem perſvaſit. Paratus ille, literisqve ementitis & falſis inſtructus Pariſiis exit, atqve rectà verſus S. Claudum proficiſcitur, ubi tunc Regis caſtra erant. Audientiam à Rege per Procuratorem Generalem petit: ſe habere literas, & inter alias etiam Harlæi Præſidis Parlamenti (qvi Regi fidelis & amicus, ideoqve Lutetiæ captivus erat) ad Regem deferendas; aliaqve oretenus ab illo nuncianda, qvæ literis credi non potuerint, Regi tamen ſcitu neceſſaria eſſent. Poſtridie igitur Rex Monachum ad ſe advocari, & in conclave ſuum adduci jubet, aliis, ut Domino de

Bellaguardia, cum Procuratore Generali, excedere juſſis. Monachus ſimplicitatem maximam præ ſe ferens, devotiſſimè Regem adit, literasqve ex Manica protractas offert: qvas interim dum avidè Rex legit, Monachus ex altera Manica cultrum, promit & capulo-tenus in ventrem Regis adigit, adactumqve in vulnere relinqvit. Rex vulnus ſentiens, cultrum confeſtim dilatando vulnus educit, & Monachum graviſſimè circa guttur vulnerat; vimqve ſibi inferri clamat. Accurrunt domeſtici Regii, Nobiles & Satellites, & Regicidam iſtum multis cæſim punctimqve vulneribus conficiunt, mortuum feneſtra ejiciunt, & haud multò poſt carnifici qvatuor eqvis dilacerandum

randum ac igni comburendum tradunt; Rex verò inſeqvente nocte illius diei, animam exhalavit Anno clↄ lↄ LXXXIX. Calendis Auguſti. Anno clↄ lↄ XLIV. d. 27. Decembr. Poſtqvam *Heinricus IV.* Rex Galliæ ab expeditione ſua ex Picardia Lutetiam rediiſſet, & adhuc ocreatus eſſet, en adoleſcens qvidam *Johannes Chaſtellan⁹* Pannarii opificis Pariſienſis filius corporis ſtatura brevis, annorum 18. aut 19. cum turba in aulam irrepſerat, à nullo ferè obſervatus ſubitò irrupit, ut Regem cultro, qvem manu geſtabat, interficeret. Sed ictus in faciem (qvia Rex inclinato verſus terram corpore erat, ut nobiles à *Ragni* & *Montigni* exciperet) ad labii ſuperioris latus dextrum

dextrum illatus fuit, & cum vulnere dentem fregit. Hic verò Chaſtellus Jeſuitarum diſcipulꝰ erat, cujus ædes natales deſtructæ, & Pyramis earum in locum erecta:

*In* prima facie *baſeos Pyramidis ante palatii portam Pariſiis extructæ nigro marmori literis aureis Arreſtum Curiæ contra Johannem Chaſtellanum Gallico idiomate inciſum in hanc ſententiam legere erat:* Viſo per Curiam Magnâ Camera *&c.* Et rebus omnibus perpenſis eadem Curia pronunciavit, prædictum Johannem Chaſtellum convictum criminis læſæ Majeſtatis divinæ ac humanæ, in primo capite; ob maximè impium & ſummè deteſtandum parricidium in Regis perſonam intentatū. In cujus criminis reparationem prædictum Johannem Chaſtellum in mulctam honorariam adjudicavit, & condemnavit: ut ante ſummas valvas templi Pariſiani, nudus, ſolo

opertus induſio cum face cerea ponderis duarum librarum manibus geſtâ, eaqve ardente, flexis genibus dicat & pronunciet: Se iniqvisſimè inhumanum, & maximè abominandum parricidium ſuſcepiſſe, & Regem in facie cultro læſiſſe: ſeqve falſa & damnanda inſtitutione inductum, in ſuo proceſſu dixiſſe, qvòd crederet licere Reges occidere; & Regem Heinricum IV. nunc regnãtem, non eſſe in Eccleſia, usqve qvò à Pontifice approbatus fuerit: eorumqve ſe omnium pœnitentia duci, & veniam petere à Deo, à Rege, & à Magiſtratu. Hisqve peractis, ut plauſtro in locum Grevianum deducatur; Ibiqve in brachiis & femoribus candentibus forcipibus inuratur, & manus dextra, cultrum, qvo prædictum parricidium perpetrare eſt adnixus, gerens, abſcindatur: Deinde ipſius corpus qvatuor eqvis diſcerpatur; membra & corpus diſcerpta in ignem conjiciantur; & in cineres redacta in ventos pro-

projiciantur &c. Statuit inſuper, ut Presbyteri & ſtudioſi Collegii Claromontani & reliqvi omnes, qvi ſe ejusdem eſſe Societatis profitentur, tanqvam corruptores juventutis, publicæ tranqvillitatis perturbatores, Regis hoſtes & Regni, urbe Pariſiana, intra tres dies, poſt præſentis Arreſti ſignificationem, excedant; ut & aliis urbibus & locis, ubi eorum habentur Collegia: & qvindecim diebus toto regno: ſub comminatione, ſi ibidem poſt id temporis deprehenſi fuerint, futurum eſſe, ut puniantur tanqvam facinoroſi, & rei ejusdē criminis læſæ Majeſtatis. Omniaqve ipſorum bona, tum mobilia, tum immobilia operibus piis applicabuntur; & qvomodo ab ipſa Curia fuerit conſtitutum. Præterea inhibet omnibus Regis ſubditis; ne ſtudioſos in prædictæ Societatis Collegia, qvæ extra regnum ſunt, immittant, ut ibidem inſtituantur, ſub pari pœna læſæ Majeſtatis &c.

SIGNATUM TILLET.

Pronunciatum ipſi Johanni Chaſtello & executioni Mandatum die Jovis 29. Decembris Anni cIↄ. Iↄ. XCIV.

*In* Secunda facie *quadrata ſequens inſcriptio, Latinis verſib9 inciſa marmori*

P. P.

*Audi Viator, ſive ſis extraneus*
*Sive incola urbis, qvoi Paris nomen dedit.*
*Hîc alta qvæ ſto Pyramis, domus fui*
*Chaſtella; ſed qvā deruendā funditus*
*Freqvens ſenat⁹, crimen ultus, cenſuit.*
*Huc me redegit tandem herilis filius,*
*Malis Magiſtris uſus & ſchola impia,*
*Sotericum (eheu!) nomen uſupantib⁹:*
*Inceſtus, & mox Parricida in Principem,*
*Qvi nuper urbem perditā ſervaverat*
*Et qvi favente ſæpe victor numine,*
*Deflexit ictum audaculi Sicarii*
*Punctusq́ tantum eſt dentium, ſeptotenus.*
*Abi viator: plura me vetat loqvi*
*Noſtræ ſtupendum Civitatis dedecus. &c.*

*In* Tertia facie *Latinis verbis illa extabat inſcriptio:*

*D. O. M.*

Pro ſalute Heinrici IV. Clementisſ. ac fortiſſ. Regis, qvem nefandus Parricida pernicioſiſſ. factionis hæreſi peſtifera imbutus, qvæ nuper abominandis ſceleribus pietatis nomen obtendens, unctos Domini, vivasqve Majeſtatis ipſius imagines occidere populariter docuit, dum confodere tentat; cœleſti Numine ſceleſtam manum inhibente, cultro in labrum ſuperius delato, & dentium occurſu feliciter retuſo, violare auſus eſt. Ordo ampliſſ. ut vel conatûs tam nefarii pœnæ terror, ſimul & præſentisſimi in Opt. Principem ac Regnum, cujus ſalus in ejus ſalute poſita eſt, divini favoris apud Poſteros Memoriâ exſtaret, monſtro illo admiſſis eqvis membratim diſcerpto, & flammis ultricibus conſumto, ædes etiam, unde prodierat, heîc ſitas, funditus everti, & in earum locum

cum, ſalutis omnium ac gloriæ ſignum erigi decrevit. IV. Non. Jan. Ann. Chr. cIↄ Iↄ xcv.

*In* qvarta facie *itidem Latinis verbis ſcriptum erat.*

*D. O. M.*

SACRUM.

Qvum Heinricus Chriſtianisſimi Francorum & Navarr. Rex, bono Reipubl. natus, inter cætera victoriarum exempla, qvibus tam de tyrannide Hiſpanica, qvàm de ejus factione, priſcam Regni hujus Majeſtatem, juſtis ultus eſt armis, etiam hanc urbem & reliqvas Regni hujus penè omnes recepiſſet; ac deinde felicitate ejus inteſtinorum Franciæ nominis hoſtium furorem provocante, Johannes Petri F. Chaſtellus, ab illis ſubmiſſus ſacrum Regis caput cultro petere auſ9 eſſet, præſentiore temeritate, qvàm feliciore ſceleris ſucceſſu: Ob eam rem ex ampliſſ. Ordinis conſulto, vindicato perduellione, dirutâ Petri Chaſtelli domo, in qva Johannes ejus F. inexpiabile

piabile nefas deſignatum patri communicaverat, in area æqvata, hoc perenne monumentum erectum eſt, in memoriam ejus diei, in qvo ſeculi felicitas, inter vota & metus urbis, liberatorem Regni, fundatoremqve publicæ qvie is, à temeratoris infando incepto; Regni autem hujus opes attritas ab extremo interitu vindicavit; Pulſo præterea totâ Gallia hominum genere novæ ac maleficæ ſuperſtitionis, qvi Rempublicam turbabant, qvorum inſtinctu piacularis adoleſcens dirum facinus inſtituerat.

*S. P. Q. R.*

§. 72. Nimium manifeſta hæc ſunt, purgare ſe tamen conantur Jeſuitæ multis modis: Initiò contrariis Mandatis propoſitum ſuum occultarunt in conventu enim Generali, qvem poſt ſuam reſtitutionem Anno cIↄ. Iↄc. vi. Pariſiis Jeſuitæ ha-

 buerunt

buerunt, ei, qvem Procuratorem ad Præpoſitum generalem provincię nomine deſtinarunt, illud mandati dederunt, ut ageret cum generali, qvò compeſceret eos, qvi liberos tales edunt, è qvibus Regis, totiusqve Regni Gallici offenſio & odia jure timerentur, neve eos, qvi jam editi eſſent, recudi pateretur.

*Igitur* CLAUDIUS AQVAVIVA *Societatis Præpoſitus Generalis ſeqvens Decretum promulgavit:* Qvandoqvidem Societatis Scriptoribus & Theologis, qvi docent, cæterisqve omnibus operariis, haud ſatis eſt, id ſolum providere, qvod in aliorum Scriptorum libris reperitur; ſed illud etiam apprimè conſiderandum, ſintne opiniones validis nixæ fundamentis, tutæ (NB.) probatæ, ſcandalis aut aliis incommodis minimè obnoxiæ: Ideo ſanè juſtiſſimas ob

cauſas, qvæ ad hoc conſilii nos impellũt, præſenti decreto præcipim' in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœnâ excõmunicationis & inhabilitatis ad qvævis officia, ſuſpenſionis à divinis & aliis arbitrio noſtro reſervatis, ne qvis deinceps noſtræ Societatis religioſus, publicè aut privatim prælegendo ſeu conſulendo, multò etiam minus, libros ſcribendo, affirmare præſumat: licitum eſſe cuicunq; perſonæ qvocunqve prætextu Tyrannidis, Reges aut Principes occidere, ſeu mortem eis machinari: Ne videlicet iſto prætextu ad perniciem Principum aperiatur via, atqve ad turbandam pacem eorumqve ſecuritatem in dubium vocandam; qvos potius ex divino Mandato revereri ac obſervare oporteat, tanqvam perſonas Sacras à Domino Deo pro felici populorum gubernatione in eo gradu conſtitutas. Provinciales autem, qvi aliqvid horum reſciverint, nec emendaverint, aut non prævenerint hujusmodi incommodo efficiendo

ut hoc decretum ſanctè obſervetur: Volumus eos non modò prædictas pœnas incurrere; Sed etiam officio privari. Ut ſic omnes intelligant, qvis ſit ea de re Societatis ſenſus; neqve privati unius error ſuſpectam reddat univerſam. Cum apud æqvos rerum æſtimatores certum ſit, partis unius aut membri culpam toti corpori reliqvo attribui jure non deberi. Volumus præterea, ut provinciales de hoc accepto decreto certiores nos faciant, idemqve per ſuam qvisqve Provinciam curent promulgandum, & in ſingulis domibus ac Collegiis referendum in Libros ordinationum ad perpetuam ejus Memoriam. *Aſt ex ſola* ſigni *voluntate, cui nulla ſubeſt* beneplaciti, *hoc ſpecioſum mandatum eſſe Profectum, qvadriennio poſt* Suarezii *Liber prodidit, qvi qvoniam Marianæ doctrinam interpolaverat, in Galliis combuſtus eſt; Ap. Jeſuitas verò Suarezius usqve in hunc diem Autor eſt celebris, nec*

*pœnam*

*pœnam ſuperioris decreti unqvam expertus.*

# EXTRACTUM E REGISTRIS PARLAMENTI.

Viſo à Curia, Cameris, Majore, Turricularum & Edicti congregatis, libro impreſſo Coloniæ Anno præſente cum Titulo: *Franciſci Suarez Granatenſis è Societate Jeſu Theologi Defenſio fidei Catholicæ & Apoſtolicæ adverſus Anglicanæ Sectæ errores &c.* continente Libro tertio *cap.* XXIII. *pag.* 376. 379. 380. 382. *cap.* XXIX. *pag.* 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. *cap.* VI. *pag.* 834. *cap.* IIX. *pag.* 844. &alibi multas propoſitiones contrarias poteſtati ſupremæ Regum ordinatorum & ſtabilitorum à Deo, ad qvietem & tranqvillitatem ſtatuum ipſorum &c. Qvod licitum ſit ſubditis ipſorum & peregrinis perſonas ipſorum invadere; Facta concluſione

ſione per Procuratorem Generalem, & omnibus conſideratis, curia prædicta declaravit, & declarat: Propoſitiones & maximas in dicto libro contentas Scandaloſas & ſeditioſas eſſe, tendereqve ad ſubverſionem ſtatuum & ad permovendos ſubditos Regum & Principum ſupremorum, & aliorum, ut violentas manus ſacratisſimis ipſorum perſonis inferant; Sententias item, qvæ mentionem faciunt Regum Ludovici & Philippi Pulchri, falſas & calumnioſas eſſe. Qvapropter decrevit & decernit, ut prædictus liber Suarezii in curia Palatii per miniſtrum ſupremæ juſtitiæ comburatur. Similiter interdicit Typographis & Bibliopolis, imprimere, vendere aut mutuò ſumere. Actum in Parlamento d. 26. Jun. Anno cIɔ Iɔc xiv.

§. 73. Poſt, qvorundam

con-

contrariis aſſertionibus animos demulcere tentabant.

Alphonsus Salmeron *Tom. 3. in Cap. 13. Epiſt. ad Rom. Concilium Conſtantienſe adducens ſcribit:* Factum Euhudis contra Eglonem Moabitarum Regem inter manifeſta Dei mandata numeratur, de qvibus homo nullus privatim ſibi judicium ſumere auſit.

Toletus *Lib. 5. ſummæ ſuæ cap. 6.* Haudqvaqvam licitum eſſe Vitæ Domini ſui inſidias ſtruere, ut maximè is poteſtate ſua abutatur, *& addit:* Contrariam ſententiam hæreticam & à Concilio Conſtantienſi Seſſ. XV. condemnatam eſſe.

Azorius *part. 2. Inſtit. Moral. cap. 5. qvæſt. 10.* Neqvidem illis licitum eſſe vim inferre, qvi injuſtis modis Rempublicam invaſerint.

Bellarminus *in Apolog. adv. lib. Reg. Britann.* Nunqvam audivi, neq; legi vitam æternam illis

pro-

promiſſam eſſe, qvi Regum vitæ inſidiantur; Sed contra legi, articulum hunc, qvi dicit, Tyrannum licitè occidi poſſe ac debere, in Concilio Conſtantienſi Seſſ. XV. condemnatum eſſe.

MART. BECANUS *in Reſp. ad Aphor. 9. Lectorem ad Concilium Conſtantienſe pariter remittens docet:* Legitimum Principem aut Magiſtratum majeſtatem ſuam non amittere, licet in Tyrannum degeneret.

NICOL. SERERIUS *in cap. 3. Judic. ad Qvæſt. 1.* Ehudis exemplum neqvaqvam maledictis Parricidis Regum pro exemplo aut prætextu impii facinoris ipſorum eſſe poſſe.

LEONHARDUS LESSIUS *Lib. 2. de Juſtit. & jure cap. 9. conſid. 4.* Haud licitum eſſe vitę Domini ſui inſidias ſtruere, tametſi is poteſtate ſua abutatur.

LUDOVICUS RICHEOMUS *in Expoſt. Apolog. pro Societ. Jeſu cap. 21. p. 178.* Doctrina iſta de Tyranno occidendo,

do, eſt exitialis & ab univerſa Eccleſia improbata, & in Conſtantienſi Concilio condemnata.

*Sed qvis mihi fidem ſuam interponet, hæc verba ab omni exceptione, limitatione aut æqvivocatione, aliisq́; technis Jeſuiticis, de qvibus §. 35. libera eſſe? Siqvidem &* GREGORIus de VALENTIA *in 2. Thomæ qvæſt.* 64. Neqvaqvam licitum eſſe, *dicit*, Principis vitæ inſidiari, etiamſi is poteſtate ſua abutatur. *Sed addit:* Niſi id cognitione publica aut ſententia latâ fiat. *Lege, qvæ ex Mariana ad §. 43. adducta ſunt. Iſta enim reſtrictio ſuperioribus addita teſtimoniis priſtinam nobis Jeſuitarum ſententiam reſtituit. Conſtantienſe Concilium qvod attinet Mariana ſic adverſus illud excipit:* Hoc decretum Romano Pontifici Martino V. probatum non invenio, non Eugenio aut ſucceſſoribus. *Item:* Concilium illud non ſine Eccleſiæ motu, tricipiti Pontificum diſſidio, celebratum fuiſſe, *ſcimus.*

*Inſpicia-*

*Inſpiciamus* CENSURAM LIBRORUM MARIANAE *& ejus ſententiam communem eſſe Jeſuitarum, elucеſcet clarius: Primùm Fr.* PETRI de ONNA *Magiſtri Provincialis Approbatio de verbo ad verbum ita habet:* Diſertum planè & eruditum virum Johannem Marianam eſſe (ut alia deſint) tres libri ſatis indicant, qvos de Rege & Regis inſtitutione confecit, ſatis elegantes & graves. Eos regia Authoritate diligenter & & attentè perlegi; Iterum & tertiò facturus, ſi per tempus & otium licuiſſet; ita ſemel lecti placuerunt. In ſimili argumento Auctores non pauci Regni & Reipublicæ ſtatum componunt. Noſter Regem, à primis annis ſuſceptum iis præceptis inſtruit, qvæ eo loco digna ſunt. Qvippe in Deum conjectis oculis, ut ſapiens Architectus ad eam regulam inſtitutæ fabricæ fundamentis molem univerſam imponit. Æqvum proinde judico, ut hoc opus typis mandatum in luce & omnium hominum manibus

bus verſetur; eorum præſertim, qvi ad Reipublicæ gubernacula ſedent. Qui ſi ad præſcriptam in eo formam actiones & conſilia retulerint, næ magnum atqve incredibile operæ pretium exiſtet. Datum in noſtro S. Mariæ de mercede redemtionis captivorum cœnobio. Madriti d. 30. Menſ. Decembr. Anno cIↄ Iↄ xcIIx. *Facultas autem Imprimendi hos libros hæc eſt*: Stephanus Hojeda Viſitator Societatis Jeſu in Provincia Toletana, poteſtate ſpeciali facta à N. Patre Generali Claudio Aqvaviva, do facultatem ut imprimantur libri tres de Rege & Regis inſtitutione, qvos ſcripſit & compoſuit P. Johannes Mariana Ejusdem Societatis, qvippe approbatos prius à viris gravibus & doctis ex eodem noſtro ordine. In cujus fidem has literas dedi meo nomine ſubſcriptas & mei officii ſigillo munitas. Madriti in Collegio noſtro. 4. Non. Decembr. cIↄ Iↄ xcix. *Nec prætereunda Approbatio Defenſionis Suarezii, qvam præfixit*

*ſixit* JOH. ALVARUS *Provincialis Connimbricæ in Hiſpania*: Ego Johann Alvarus, Societatis Jeſu in Luſitania Provincia viſitator ſimul ac Provincialis, è facultate ad id mihi facta, à Reverendo admodùm Patre noſtro Generali Claudio Aqvaviva, facultatē concedo, ut hoc opus de ſchiſmate Anglicano à Patre Franciſco Suarez, Societatis noſtræ ſacræq; Theologiæ doctore, & in Connimbricenſi Academia primario Profeſſore, & ejusdem Societatis gravium doctorumq; hominum judicio approbatum, typis mandetur in qvorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloq; noſtro munitas dedimus. Connimbricæ 5. April. 1612.

*Eqvidem Jeſuita* GRETSERUS *in Veſpertilione ad objectam ſibi Marianæ ſententiam reſpondet*: Conſuetam uſuqve receptam ſententiam tenendam & Marianæ relinqvendam eſſe, qvippe qvi ſe ipſum aliorum judiciis ſubjecerit. *ſed in eodem opere pag.* 160. *Marianam excuſat dicens*: Injuriam

Maria-

Marianæ fieri dum ſcripſiſſe is arguitur: Unumqvemq; Principem Papæ inobedientem perimendum eſſe. Hoc enim ſolùm illum ſcribere: Principem Papæ inobedientem à nullo privato occidi poſſe, niſi ſententia ſuper eo lata ſit, aut communi voce populi id expetitum. *Hanc autem Limitationem ipſe Mariana ſupra expoſuit luculentius; ſed cum iſto qvoq; grano ſalis accepta malè ſapit opinio atq; ſatis periculoſa eſt, neq;, ut appareret, antea adductæ ſociorum aſſertiones ei qvicqvam detrahunt, utpote qvæ ex omnium mente pariter iſtam reſtrictionem expoſcunt. Apertius* EUDAEMONO-JOHANNES *loqvitur in Apologia pro Garneto à Generali Aqvaviva & aliis tribus doctoribus approbata*: Socios ſuos tametſi cædem in regiis perſonis non probent, eventum nihilominus ſibi gratum habere.

§. 74. Neq; tandem contenti hac diſſimulandi & æqvivocandi arte iſthæc facinora ſua imprudenter negare ſolent.

RICHEO-

Richeomus *Jeſuita in Expoſt. Apolog. Anno cIↃ IↃc. III. edita* Nunqvam *ait* ego audivi, poſtremo-defunctum Heinricum à qvoqvam noſtrorum hominum Tyrannum eſſe nominatum; & tamen cum illis familiarius aliqvanto ſum, qvàm iſte (*ſc. Antagoniſta*) verſatus.

Jac. Sylvanus *in Philippicâ ſuâ contra ſcriptum, cui titulus erat: Admonitio ad omnes Reges ac Principes de nefariis & exitialibus Papæ & Jeſuitarum practicis &c. negat ſocietatem docere*: Eodem modo reliqvos etiam Principes & Reges, ſi à Theologis viris eruditis & gravibus, pro Tyrannis habeantur, interfici poſſe: ideoqve rectè feciſſe Jacobum Clementem Monachum, qvod Heinricum III. Regem Galliæ interfecerit; rectè etiam facturum, qvi illius ſucceſſorem Heinricum IV. oppreſſerit. *Negat idem, Jeſuitas docere*: Tyrannos[ex communicatos puta &Evangelicos]veneno à ſubditis vel miniſtris ſuis necari poſſe.

CON-

# CONTRA.

JOHANNES MARIANA *in ſæpius nominato Opere, qvod Anno clↄ lↄ XCIX. Toleti & qvicqvid ad §. 45: ſcripſerit Generalis Aqvaviva Anno clↄ lↄc V. Moguntiæ ibi apud Petrum Roderigium excuſum, hîc per Balthaſarum Lippium recuſum eſt Lib. 1. cap. 6.* Parabat ille, qvoniam prole carebat, ſororio Heinrico Vindomiẽſi Regnum relinqvere; qvamvis à tenera ætate pravis de religione opinionibus infecto; eoq́; tempore diris devoto à Pontificibus Romanis. *Et qværitur eundem* Heinricum III. in Comitiis Blæſenſibus, Ducem Guiſium, ejusqve fratrem Cardinalem Guiſium trucidari; Cardinalem verò Borbonium captivum duci juſſiſſe. *Et poſteaqvam Jacobum Clementem Regicidam vehementer laudaſſet, hæc verba ſubjicit:* Cognito à Theologis, qvos erat ſciſcitatus, Tyrannum jure interimi poſſe. *Deſcriptoq́ modo, qvo juvenis iſte Monachus ictum illum patraſſet, exclamat:* Inſignem animi confidentiam!

facinus memorabile! *& paulò poſt*: ſuo ſangvine Patriæ communis & gent s libertatem redemtam, inter ictus & vulnera impensè lætabatur; Scilicet cæſo Rege ingens ſibi nomen fecit. Cæde cædes expiata; & manibus Guiſii Ducis, per fidè peremtis, regio ſangvine parentatum. Ita Clemens iſte, ætatis anno 24. periit, homo juvenis, mitis naturæ, nec firmo aliàs corpore; verùm major virtus robur illi ac vires ſubminiſtravit. *Eodem illo capite, de legitimo Rege & non violento poſſeſſore, ſed cui fides jurata ſit, agens, iſta ponit*: ſi ſacra patriæ peſſumdet, publicosque hoſtes in Patriam at rahat; qvi votis publicis favens, eum perimere tent rit, haud qvaqvam eum iniqvè fecisſè exiſtimabo. *Et ſeqvente Capite longius adhuc procedit*: Tyrannumq; veneno interimendum probat. *addens*: Hoc tamen temperamento ut, in hac qvidem diſpu atione licebit; ſi non ipſe, qvi perimitur, venenum haur re cogitur, qvo intimis medullis concepto pere t: ſed

ex erius

exterius ab alio adhibeatur, nihil adjuvante eo, qvi perimendus eſt. Nimirum cùm ea vis eſt veneni; ut ſella eo aut veſte delibutâ vim interficiendi habeat. Et hoc artificio Reges in Mauritania ſæpius uſos comperio.

PETRUS RIBADENEIRA *Lib. 1. de Principe cap. 15. qvæſt. 91. ad eundem finem ſcribit*: Heinricum III. ex pernicioſo humanæ prudentiæ Conſilio & nefariâ Politicorum calliditate Heinricum Guiſiæ ducem & Ludovicum Cardinalem ejꝰ fratrem, fortiſſimos Principes, in Blæſenſibus comitiis crudeliter ſuſtuliſſe. *& concludendo ſubjicit*: ſed nec dum decurſo anno, æqviſſimus ſceleris vindex Deus, à cædis authore, meritiſſimas pænas exegit. *Ibidem*: Qvoniam Regis Heinrici III. propoſitum, Politicum & Machiavellicum legi divinæ non conſentaneum opus fuit; ecce! juſto etiam Dei judicio, Rex ille, Heinricus per miſerum, ſimplicem, ac juvenem Monachum occiſus, & cultro eſt confoſſus. *Atq; ad hanc ſuam opinionem palliandam, fragmē-*

*tum qvoddam è libro Gallico, qvo Maria Scotiæ Regina Martyr. cognominatur, ibidem allegat; & in hanc porro ſententiam ſubjicit:* Nihilominus qviddam notatu dignum, in hunc finem ex vita illius habemus; qvod cauſa hujus miſeri interitus illius eſſe videtur: qvod nimirum in regno ſuo, contra piorum virorum, adeoq́; doctoris ac concionatoris ſui conſilium (qvi propterea etiam officio ſuo renuntiavit) hæreſin tulerit; nec permittere voluerit, ut ſpurius ille Stuardus qvamvis rerum novarum cupidus, caputq́; Hæreticorum eſſet, occideretur: cum tamen mors illius, Hæreticorum in Scotia interitus fore videretur.

FRANCISCUS VERONA *Conſtantinus Apologiæ pro Johanne Chaſtello part. 2. cap. 2. de Heinrico III.* Cum eo tempore intolerabilis factus ſit Rex: condemnatio Clemẽtis, neq́; de jure neq́; de facto, comprobari potuit; propter tyrannidem Henrici Regis, contra ſtatum & Eccleſiam: tam qvoad homi-

homicidium Blæſis perpetratum, qvàm hoſtili impetu hodierno, qvo ad oppreſſionem religionis eſt prolapſus, mactando Sacerdotes, profanando Sacramenta, repudiando Cenſuras, & favendo hæreticis. Qvibus dè cauſis totum ſe privatũ reddidit, & ſubjectum utriqve juri tam civili qvàm canonico. Actio igitur Clementis neutiqvam illicita fuit: qvippe perpetrata contra hoſtem publicum & condemnatum juridicè; in qvem omnis obligatio reverentiæ ac debiti ſublata fuit. *Et ibid. de Heinrico IV.* Qvi diligenter perpendit, excommunicatum, hæreticum, relapſum, profanatorem rerum ſacrarum, declaratum hoſtem publicum, oppreſſorem religionis, ab omni jure perveniendi ad regnum excludi; ac propterea tyrannum eſſe, non Regem; uſurpatorem, non naturalem Dominum; criminis reum, non legitimũ principem: is ſane ( niſi inſanus ſit. & deſtitutus omni humano ſenſu,

& amore in Deum, Eccleſiam & Patriam) aliter ſentire & dicere non poteſt; qvàm facinus Chaſtelli eſſe generoſum, cum virtute conjunctum & heroicum, comparandum cum maximis & ſumma laude dignis factis; qvorum antiqva ſacra & profana hiſtoriarum monumenta meminerunt. Unicum ſupereſt, qvod improbare poſſit; nempe qvod Chaſtellus iſtum non penitus è medio ſuſtulit. *Deinde cap. 3. dicit.* Chaſtellum non in animo habuiſſe interficere Regem ſed Tyrannum & hæreticum excommunicatum. Nã licet ille Regem ſe dicat, Regis typũ ſe gerat, & ex Regum Galliæ ſangvine pronatum jactitet; atqve etiam Rex à ſuis agnoſci & honorari velit; eum tamen reverâ amplius talem non eſſe: cum non fidei, non virtutum, non meritorum deniqve Regum Galliæ ſit hæres. Et qvandoqvidem ob impietatem & hæreſin ab Eccleſia & ſtatibus ſit excluſus; Regem omnino eum non poſ-
ſe

ſe eſſe, niſi de facto; de jure verò neqvaqvam, qvod ipſum Tyrannis vocari ſoleat. *Et cap. 4. ſcribit:* Heinricum Borbonium Regem appellari non poſſe, licet ad Catholico-Romanam religionem converſus ſit. Nam ipſum hoc fuco in alium finem non uti, qvàm ut in ovile irrumpat, ad rabiem ſuam illic exercendam liberius. *Suum ſc. morem norunt Jeſuitæ, & timent in aliis.*

*Totus Jeſuitarum liber de* ABDICATIONE REGIS HEINRICI III. *Regis Galliæ, editus durante adhuc Jeſuitarum rebellione Anno cIↃ IↃ XCI. Lugduni ap. Johannem Pillehot S. Ligæ ſ. unionis Gallicanæ Bibliopolam, ex Præcepto ſuperiorum, & cum inſignibus Jeſuitarum, idem docet. Et enim Lib. 2. per aliqvot capita Heinricus III. vocatur* Perjurus, Parricida, aſſaſynus, homicida & qvidem Eccleſiaſticarum perſonarum; Hæreticus, hæreticorum amicus & fautor; Schiſmaticus, Simoniacus, ſacrilegus, nigromanticus, Magus. *& dicitur,* im-

pium illum & impurum Tyrannum fidem non ſervaſſe. Comitiorum ſalvum Conductum violaſſe; Regnum ejusqve Cameram perdidiſſe: maximum hypocritam & tyrannũ omnium vitiorum plenum eſſe. Ideoqve magnas juſtasqve cauſas eſſe, atqve etiam unicuiqve Catholico ſubdito licitum, ipſum Heinricum III. occidere atqve è medio tollere *Item*: Præclare actum iri, ſi is cum ſui ſimilibus Regibus & Principibus interficeretur, ab uno aut pluribus vaſallis vel ſubditis; non expectata aliqva ſpeciali excommunicatione vel mandato: & qvi tale facinus patrent, eo ipſo magnam gloriam & vitam æternam conſecuturos, atque etiam Reipublicæ commodum & utilitatem promoturos eſſe. Non deſinemus, *inqviunt ibi Jeſuitæ*, etiam auxilia & media qværere, qvibus Rex iſte, cum omnibus ei adhærentibus opprimi & interfici poſſit. *Cumqve editio libri ad finem perducta ferè eſſet, & ſimul Rex à Jacobo*

*Cle-*

*Clemente Interfectus, Henricus Quartus autem in ejus locum Rex creatus eſſet, in præfatione & fine libelli additum fuit:* Ut nulla parricidii Heinrici III. ratione habita, hujusmodi libelli, & doctrina hæc, in vulgus ſpargantur: qvo ſciatur jure & merito Heinricum III. abdicatum & interfectum eſſe; indeqve intelligatur, ejus ſucceſſorem qvoqve Heinricum IV. eodem modo juſte abdicari & opprimi poſſe: utqve ei adhærentes, exemplo Heinrici III. moniti, ſapere diſcant; ne in exitium præcipitentur, qvod poſt necem Heinrici IV. ipſis paratum ſit. Tempus enim jam adeſſe, qvô Regnum Galliæ de gente in gentem (*ſc. à Gallis ad Hiſpanos*) transferendum ſit.

*Tales etiam libri à Jeſuita* GUIGNANDO *ſcripti Lutetiæ in Collegio Jeſuitarum inventi ſunt, in qvibus parricidium in Heinrico III. parratum magnopere commendat ac inter alia docet:* permiſſum eſſe Regẽ aut Principes occidere, *diſertis etiam verbis Heinricum*

*Tertium Tyrannum appellat, ſubditosqve exhortatur, ne Heinricum IV. ferant, ſed pari ratione occidant. Dolet qvoqve in laniena Pariſienſi, Anno Domini clↄ lↄ LXXII. à Regiis in eo erratum eſſe; qvod non cum aliis Regem etiam Heinricum Navarræum ſimul extinxerint. Jeſuita* BONARSCIUS *in Amphiteatro ſuo, Guignandum ſuper aſtra extollit; tametſi illum metu Regis nomitenus non exprimit; ſic tamen graphicè, ut facilè agnoſci poſſit, iſtis verbis deſcribit Lib. 1. cap. 8.* Tacebo ego te, clarum cœlo terraqve ſydus, ultimumq; nihil amplius dolituræ domus innocuum piamentum? Sæviant magna ingenia; qvorum acrior ſemper vis, qvò fortuna clarior: nullus mihi tui ſangvinis veſtigia dies exteret; nullus curſus recurſusq; temporũ; nullus livor edax; nullus excinerabit ignis

Majus ab exeqviis nomen in orbe venit
Totaq; in hæc vota mea ibit Gallia
Spirantesqve crocos, & in urnâ perpetuum ver.

Et

Et proluant licet flumina; non delebunt: devehant in Oceanum; patentior erit area famæ & immortalitati. Et tamen premo te nunc. *Qvæ verba in nullum alium præter Guignandum qvadrant, ut Jeſuitarum poſtremũ, qvi in Gallia publico ſupplicio affectus fuit.*

*Ejusdem argumenti eſt Jeſuitæ REINALDI liber, de juſta Reipub. Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos Authoritate, juſtiſſimaqve Catholicorum confæderatione, ad repellendum Heinricum Navarræum à regno, editus ſub* Gvilhelmi Roſſæi *nomine.*

*Idem Jeſuita Flander CAROLUS SCRIBANIUS (qvi tranſpoſitis literis ſe* clarum Bonarſcium *ſcripſit) in Amphitheatro honoris, qvod edidit, lib. 1. cap. 11. hanc doctrinam Parricidalem propugnat, & inter alia ſic ſcribit:* Dionyſii, Machanidas, Ariſtotimus, ſeculorum portenta, Galliam premant: nemo Pontifex Bionem Timoleontem, Philopæmenem, Helematum, ſecurus animaverit? *tales*

*videlicet, qvi Tyrannos è medio ſuſtulerunt. Et paulò poſt, Tyrannum Galliam opprimentem deſcribens ſubjicit:* Nullus tamen in hanc belluam homo miles erit? Nullus pontifex nobiliſſimum Regnum ſecuri eximet; vitæ donabit.

Bellarminus *Lib. 2. cont. Angliæ Regem* Garnetum *Jeſuitam ob id laudat, qvod, tametſi per confeſſionem de conſpiratione illa contra Regem cognoviſſet, eam tamen non revelaſſet:* Cur, deniqve Heinricus Garnetus, vir, doctrina omnis generis & vitæ ſanctitate imcomparabilis, ultimo ſupplicio affectus eſt: niſi qvia revelare noluit, qvod ſalva conſcientia revelare non potuit?

*Ipſe SIXTUS V. Papa, nuncio de Regicidio Romam perlato, prolixa Oratione in Conſiſtorio Cardinalium illud laudavit:* Qvod Monachus, religioni devotus, infelicem Galliarum Regem, in medio exercitus, interfecerit, rarum, inſigne & memorabile, eſſe facinus. *Et:* facinus hoc, non ſi-

ſine Dei opt. Max. particulari providentia & diſpoſitione, & Spiritus S. ſuggeſtione deſignatum longè majus eſſe. qvàm illud S. Judith, qvæ Holofernem è medio ſuſtulit.

## §. 75. Aut Adverſariis ſuis transſcribere.

CRESWELLUS *in ſuo Philopatre, contra edictum Eliſabethæ Reginæ:* Regina Angliæ Conſcia fuit illius conjurationis, qvæ, anno cIɔ Iɔ LXXII. in nuptiis Regis Navarræi contra Carolum IX. Galliæ Regem excutioni mandari debebat, de qva ſcribit Genebrardus his verbis: Regis Navarræ nuptias excepit dies Bartholomæanus ob qvandam in Catholicos Principes Conjurationem.

FRANC. COSTERUS *in ſica tragica cap. 7. Anno cIɔ Iɔ LXXII.* Catholici multos in Galliâ Calviniſtas juſſu Regis (qvos ille cognoverat de ſua cæterorumqve Catholicorum cæde cogitaſſe idqve certo die, qvam præfinierat, necarunt. *Et cap. 11.* Conſci-

ſcivit Rex Anno cIↄ Iↄ **LXXII.** conſcelerato conſilio concluſum fuiſſe ab Huguenotis, ut condicto die, tempore qvarundam nuptiarum, ſe cum tota progenie, & omnibus Catholicis, internecione confatali delerent. Huic Calvinianorum horrendæ ſceleri & Regis Chriſtianiſſimi, Patriæqve parricidio, obviam itum eſt: & qvi ferrum alteri acuerant, ſuis illud jugulis exceperunt.

*Veritatem edoceat nos AUGUSTUS THUANUS Tom. 2. Hiſt. part. 2. ubi cauſam hujus lanienæ fuiſſe dicit:* Ut ſub ſpecie arctioris amicitiæ, & qvidem nuptiarum, Huguenoti Lutetiam, tanqvam aves in caſſes, pellicerentur, & ſimul omnes opprimerentur. *Adde qvæ §. præcedenti ex* Guignando *adduximus.*

*Pariter Cretenſis ille ANDREAS EUDÆMONO-JOHANNES in Apol. pro Heinrico Garneto ſcribit:* Conjurationi illi pulverariæ neqvemqvam Jeſuitarum immixtum, vel ejus conſcium, & participem: Qvin

& Garnetum, nullius ſceleris convictum, odio duntaxat Religionis aut Jeſuitici nominis damnatum fuiſſe. COLONIENSES *illam conſpirationẽ Anglicanam Calvinianis tribuunt; Sed ex actis Proceſſus illius conſtat, quatuor Jeſuitas facinori iſti interveniſſe ſc. Heiericum Garnetum in Angliæ Regno ab Annis novendecim Provincialem; Hallum qvi & Oldcornus eſt; Oſvvaldũ Teſmondum ſive Grenvvellium; & Johannem Gerardum, præter alios plures tam intra qvàm extra Angliam facinoris conſcios.*

## §. 76. Ecqvid plura? Jeſuitæ terrarum cupiunt eſſe Domini.

JOH. MARIANA *Lib. 1. de Reg. & Reg. Inſt. cap. 10.* Vellem Epiſcopis firmiſſimas Principum arces in fidem tradi. *Et paulò ante:* Reſpublica commodius â viris ſacratis qvàm à Prophanis, qvales ſunt urbium Procuratores remedium expectabit.

FRANC. BOZIUS *Lib. 2. de Temp. Eccleſ. Monarch. cap. 1.* Seculares re-

rum

rerum temporalium judicia ad normam & imperium Eccleſiaſticorũ exercere debere. *Item:* Rerum etiam temporalium judiciis præficiendos magis dignos in Eccleſia, ut ſunt Sacerdotes & Epiſcopi. Sacerdotibus etiam regni gubernacula tradenda.

BARISONIUS *in ſua Epiſtola:* Qvinimò maximam in populi utilitatem ceſſurum eſſet, ſi peſtifero ſemine Politicorum ſublato, & temporali Dominio cũ ſpirituali conjuncto, ſolummodo à nobis Eccleſiaſticis regerentur & gubernarentur.

## §. 77. Imò Status S.R.Imperii.

*Inſt. Defenſ. p. 274. & placid. Diſcept. p. 26. ubi pugnant, non minus Jeſuitas qvàm Abbates* imperii ſtatus *ſive proceres* eſſe & ſuffragii jus habere poſſe *tanqvam* viros graves & prudentes, cum qvibus jam Comites & Barones ſua ſponte negotia tractare, & Principes eorum Conſiliis uti ſoleant.

§. 78. Sed a Regibus & Principibus, qvi Proſcriptos qvàm conſcriptos Patres eos eſſe maluerunt, olim (dico: utinam & hodie!) finibus terrarum rectiſſimè ejecti ſunt.

*Et qvidem* Anno *1554. d. 1. Decemb.* Pariſiis *& univerſa* GALLIA *in publico diplomate ita loqvitur Sorbona:* Hæc nova ſocietas inſolitam nominis Jeſu appellationem ſibi vendicans tã licenter & ſine delectu qvaslibet personas, qvantumlibet facinoroſas, illegitimas & infames admittens, nullam à Sacerdotibus ſecularibus habens differentiam in habitu exteriore, in tonſura, in horis Canonicis privatim dicendis, aut publicè in templo decantandis in clauſtris & ſilentio, in delectu ciborũ & dierum, in jejuniis & aliis variis ceremoniis, qvibus ſtatus Religionum diſtingvuntur & conſervantur, tam multis tamqve variis privilegiis indultis & libertatibus dona-

ta, præſertim in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, idqve ſine diſcrimine locorum aut perſonarum, in officio etiam prædicandi, legendi & docendi in præjudicium ordinariorum, & Hierarchi ordinis, in præjudicium qvoqve aliarum religionum, imò etiam Principum & Dominorum temporalium, contra privilegia univerſitatum deniqve in magnum populi gravamen, religionis monaſticæ honeſtatem violare videtur, ſtudioſum pium & neceſſarium, virtutum, abſtinentiarum, & auſteritatis enervat exercitium; debitam ordinariis obedientiam & ſubjectionem ſubtrahit, Dominos tam temporales qvàm Eccleſiaſticos ſuis juribus injuſtè privat, perturbationem in utraqve politia, multas in rep. qverelas, multas lites, diſſidia, contentiones, æmulationes, rebelliones variaqve Schiſmata inducit. Itaqve his omnibus atqve aliis diligenter examinatis & expenſis

ſis

ſis. Hæc Societas videtur in negotio fidei periculoſa, pacis Eccleſiaſticæ perturbativa, Monaſticæ religionis everſiva, & magis ad deſtructionem, qvàm ad ædificationem.

*Anno 1602. d. 15. Novemb. ab* Eliſabetha *Regina ex* ANGLIA *profligati ſunt, cauſam Decretum his verbis recitat:* Illi (*ſc. Jeſuitæ*) clementiæ noſtræ penitus obliti, noſtrum regniqve noſtri interitum machinati ſunt. Nemo enim non novit, Regem Hiſpaniæ, regnum Hiberniæ noſtrum nuper perqvam malitioſe invaſiſſe &c. Hujus verò ſui tam inauſpicati & infelicis moliminis Jeſuitas cum ſociis ſuis ſecularibus Sacerdotibus, ſuaſores & veluti buccinatores extitiſſe, vel ipſi Hiſpani in maximas tum redacti anguſtias nō modò liberè dixerunt: verum etiam qverebundi multoties dolenter deplorarunt. Regem enim Hiſpaniæ in eam mentem adduxerunt, ut vires noſtras crederet tam anguſtas tamqve prorſus abjectas, partes

ve-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0258-4

verò ſuas tantas, tamqve undiqve corroboratas, ut victoriam ipſam ſibi ſpe certiſſima polliceretur. Deinde futuræ iſtorum erga nos obedientiæ integræ, ſpem omnem nobis penitùs eſſe ſublatam, non dubitavimus, qvin ferè maximæ parti Europæ, vel ex ipſorum ſcriptis recens editis & divulgatis jam ſatis conſtiterit: nimirum eos ad hoſtium noſtrorum laudem prædicandã, ſubditos verò noſtros in partes adverſarias pertrahendas: deniqve ad interitum ſtatus noſtri perpetuum machinandum, conſenſu maximo, vel intra regnum noſtrum neqviter & malitiosè conſpiraſſe. *Et paulò poſt:* Eò namqve perverſitatis atq; improbitatis proruperunt, ut ſubditis noſtris jam penè perſuaſerint, arma eos contra nos ſuſcipere debere, & copias ſuas cum hoſte qvovis conjungere qvem Papa ſub prætextu reſtituendæ religionis Romanæ, ad regnum noſtrum ſubjugandum miſerit. Præterea tam eſt projecta

& profligata eorum arrogantia, ut non ſint veriti, in omnibus Regni negotiis ſe immiſcere, & verbis ac ſcriptis ſuis, de regno & corona noſtra pro animi ſui libidine palam decernere. *Et paucis interjectis:* Jeſuitas omnes, cum Sociis ſuis conjuratis presbyteris ſecularibus eò cogitationes ſuas omnes contuliſſe, ut Principes exteros non modò ad occupandum regnum noſtrum, verùm etiam ad nos ipſos occidendum excitarent *Et mox:* verùm etiam nō abnuiſſe profiteri, ſe ſemper paratiſſimos fore, qvi rebellionis hujusmodi conjurationes ac tumultus omnes vel primi prodere velint, armisqve propulſare. Et ferè *circa fin.* Nos igitur hæc noſtra monita atqve imperata publicè promulgare voluimus: in qvibus rogamus & jubem9 Jeſuitas, & cum eis conjunctos & conſociatos presbyteros ſeculares omnes, jam libertatem nactos, ex Dominiis & territoriis noſtris qvàm primū diſcedere, nec per importunā

mo-

moram ſuam nos vehementius incendere velint: ut ipſos ex rigore legis ſcelera vindicemus. Sacerdotes qvoqve alios Jeſuitarum impietatem nonnihil adverſantes nunc in libertate conſtitutos, ante primum diem Januarii proximè ſubſeqventis, Regnis noſtris exulare mandamus &c.

*Anno 1618. ex BOHEMIA ejecti ſunt, cujus rei in decreto ſeqq. cauſæ conſignatæ ſunt: Jeſuitas* Principes adverſus ſeipſos concitare inter ordines Regionum, diverſam religionem foventium, diſſidia excitare, Magiſtratus adverſus ſubditos, & hos contra Magiſtratus ſuos incitare, Reges ad nutum ſuum componere ſe nolentes, ſicariorum libidini exponere, ſceleratos qvosqve ad parricidia in Regibus perpetanda, ſalutis æternæ conſeqvendæ, & purgatorii evitandi promiſſione, animare, amicos adverſus invicem committere, in ſecreta omnia per auricularem confeſſionem inqvirere, conſcientiis homi-

minum laqveum immittere, & eas ita conſtringere, ut ſine conſenſu ipſorum, ne bonum qvidem qvod ſit facere audeant, qvemadmodum etiam theſauros ingentes Templariorũ exemplo ſibi compararint in politicam gubernationem ſeſe immiſcuerint, & iis qvi Romanã religinem non amplectantur fidem ſervandam nullam eſſe docuerint, hæreticos eos proclamantes. Teſtimonia hujus rei ſatis manifeſta & perſpicua, Galliam, Angliam, Hungariam, Transſylvaniam, Venetias, Belgium & regna regionesque alias ſuppeditare. *Et circa fin.* Cum igitur malorum omnium in Regno autores ſint, indignos eſſe, qvi in eo diutius vivant & tolerentur. *In fine vero:* Notum id literis publicis ad perpetuam memoriam fieri omnibus debere, Alios tamen ordines in monaſteriis viventes, dummodo qvietos ſe gerant, hac Proſcriptione, qvæ Jeſuitas ſolos, utpote ex Regnis quibusdam etiam aliis jam pridem proſcri-

ſcriptos, concernat, intellectos minime velle.

*Paulò poſt in SILESIA Johannes Chriſtianus Dux Lignicenſis ſimile diploma publicavit, in qvo inter cætera ſic loqvitur:* Deplorandum potius, qvàm probandum eſſe, qvid in vicino & confœderato Bohemiæ regno à Jeſuitis factum hactenus fuerit, eundem enim jam effectum fructumq;, quem pleraque in orbe Chriſtiano regna alia, turbas nimirum & confuſiones maximas experiri. Qvod igitur à Bohemis & confœderatis provinciis factum, dum decreverint, ut communi conſenſu ſimul omnes, ex regionibus ſuis proſcriberentur, idem & ſibi faciendum, Principes & Ordines Sileſiæ Proteſtantes, juſtiſſimis de cauſis cenſuiſſe, cum dubitandũ non ſit, daturos operam Jeſuitas, ut qvemadmodum ad alia ante hac regna, ſic ad ſuas qvoqve regiones aditum ſibi per inſidias patefaciant, nec defuturos cogitent, qui locum

ipſis in ditionibus ſuis permittant. Ne igitur hoc fiat, Jeſuitis qvidem, ne quis regionem iſtam ingrediatur, ſub capitis pœna, aliis verò, ne locum ipſis permittant, ſub dignitatis & bonorum omnium amiſſione mandare &c.

*Anno 1619. d. 6. Maji publico Statuum Decreto ex* MORAVIA *proſcripti ſunt, qvi in Diplomate ſuo circa med. ita loqvuntur.* Weil es zuvorhin Weltkündig iſt/ was für gewaltige Practikẽ durch Anſtifftung der Jeſuitiſchen Sect/ wie im bemeldten Königreich Böhmen/ alſo auch in andern Ländern und Provinzen ie und alle wege geſtifftet worden: Alſo daß viel Potentaten umb Leib und Leben gebracht/ auch ſie/ die Jeſuiter groſſer und gewaltiger Kriegs-Empörungen/ und unſchuldiges Blutvergiſſens in alle weg Urſacher geweſen. So werden wir gleicher maſſen berichtet/ das von ihnen den Jeſuiten zu dieſen itzigen Empörungen/ durch welche das Marggraffthum Mehren unſer liebes Vaterland/ nicht nur allein

in

in gewaltige Schulden-Laſt geſetzet/ ſondern auch ins äuſſerſte Verderben gebracht iſt/ Urſach gegeben worden ſey. Halten demnach dieſelben für ſolche und dergleichen practicanten und Auffrührer/ welche mit böß und falſchen Rathgebungen nicht nachlaſſen wollen/ und haben einhelliglich geſchloſſen/ ſie mehr gedachte Jeſuiten aus dieſem Marggraffthum Mehren/ auff ewig zu proſcribiren/ und zu verweiſen ꝛc.

*Eod. Anno 1619. d. 16. Junii in Regno* HUNGARIÆ *ſimile decretum factum & publicatum eſt, cujus circa med. hæc verba ſunt*: Es hat ſich aber bemeldte Jeſuitiſche Sect hieran nicht begnügen laſſen/ ſondern ſich in alle politiſche Händel eingedrungen/ und von unſern allergeheimſten Rathſchlägen des Königreichs Hungarn Wiſſenſchafft gehabt/ und ſolches alles durch ihre Practiken bey der Obrigkeit/ indem ſie aller Sachen eine und andere Auslegung angedrehet/ zu nicht gemachet. Ja es hat ſich auch dieſe Jeſuitiſche

Sect öffentlich in den Predigten/ daß die Ketzer auffgerieben und ermordet werden müſſen/ hören und verlauten laſſen / und andere ſchwere/ zu dieſes Königreichs Untergang gereichende Bedrohungen zu thun ſich unterfangen. Wenn denn die H. Stände des Königreichs Ungarn ſolche Practikanten und Hinderliſtige Mörder der Könige und Potentaten/ Zerſtö-ſtörer des allgemeinen Friedens/ Verräther der Provinzen und Königreiche/ nicht länger im Königreich dulden noch leiden können; Als ſind dieſelbe der H. Stände des Königreichs Böhmen/ und auch des Marggraffthums Mährẽ unſer lieben Herrn und Freunde und Nachbarn Exempel nach/ daß Sie zu ewigen Zeiten/ das Königreich Ungarn meiden/ und darinn nimmer unter keiner gedachten Geſtalt / in Ewigkeit wieder kommen ſollen proſcribiret und verwieſen worden ꝛc.

*His ſubjicere placuit* Teſtimonium Academiarum Hiſpaniæ *in libello ad*

*Re-*

*ad Regem miſſo typisq́ʒ expreſſo, qvod Jeſuitas deſcribit* ut homines palam avaros inſatiabiles, æruſcatores, regiorum vectigalium fures arrogantes, ambitioſos, principum aſſentatores, aulicos, & negotiis ſecularibus ubique ſe implicantes, fraudulentos, mendaces, veritatis interverſores, infamatores virtutis, vitæ religioſæ hoſtes, deliciarum amatores, impoſtores, pietatis velo opertos, lupos in veſtimentis ovium, novitatum amicos, Sanctorum Doctorum contemtores, de hæreſi ſuſpectos, pacis publicæ perturbatores, Diabolicæ induſtriæ homines, ſerpentes ipſosqve Cacodæmones, omnibus cavendos & fugiendos &c.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0268-9

Π 18999

ULB Halle 3
004 977 599

VD17 m.K.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0271-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-92988-p0272-1